



IO. GEORGII WALCHII

BIBLIOTHECA THEOLOGICA SELECTA

LITTERARIIS ADNOTATIONIBVS INSTRVCTA

TOMVS TERTIVS



IENAE
SVMTV VIDVAE CROECKERIANAE
MDCCLXII.



LECTORI BENEVOLO.



QVVM aliquot abhinc annis de bibliotheca theologica componenda cogitassem, fines illius terminosque ita mihi constitui, vt ea tantum ingenii monimenta enarrarem, quae ad disciplinas ipsius doctrinae di-

uinioris litterasque ſanctiores de dogmatibus fidei ac vitæ, ſiue explicanda illa ſint; ſiue illuſtranda ac defendenda, pertinent. Ad opus non ſolum adgreſſus ſum; ſed etiam, gratia cæleſti adiutus, feliciter illud confeci duosque eius tomos iuris publici feci, de ſcriptis nimirum theologiæ dogmaticæ, ſymbolicæ, catecheticæ, polemicæ ac moralis, vna cum notitia, quam præmiſi, de libris methodorum ſtudii theologici.

Vtroque volumine hoc in lucem emiſſo, laborem, quem ſuſceperam, finiiſſe me, credidi omnemque cogitationem de iſto continuando atque augendo abieci. Res tamen aliter cecidit ac putaui. Fuerunt, qui me non ſemel; ſed iterum rogarent,

vt

vt earum quoque disciplinarum, quae ad theologiae studium propria ac necessaria adiumenta praebeant, maxime de rebus, in ciuitate christiana gestis, deque codice diuino, recte interpretando, libros perscenserem. Restiti primum meque ab vberiore scriptione hac, laboriosa satis ac molesta, alienum esse, professus sum; postea autem, rei ipsius pariter ac officii mei rationem diligentius reputando, mentem meam mutaui decreuique, aliorum voluntati satisfacere ac bibliothecam hanc reddere ampliorem.

In animum hunc adductus, ad nouum opus hoc accessi studiaque mea in eo collocaui, vt

monſtrarem, quid a viris eruditiſſimis ad hiſtoriam eccleſiaſticam illuſtrandam litteris fuerit mandatum atque ad publicum translatum vſum. Quam varia diuerſaque ſint illorum monimenta, probe perſpexi hancque in rem legem iuſti atque adcurati ordinis, veluti primam, mihi præſcripſi ac ſedulo curaui, vt diſtincta iſtorum commemoratio fieret. Poſtquam ſcripta recenſui, quibus de hiſtoriæ eccleſiaſticæ vtilitate ac neceſſitate eiusdemque ſtudio ac ſubſidiis, inprimis de chronologia ac geographia ſacra, exponitur, ad ipſius dictæ hiſtoriæ commentarios veni eorumque duo genera enumeraui. Alii res eccleſiæ, quæ vel prioris; vel poſterioris fœderis ætate geſtæ ſunt,

miuerse explanatas exhibent; alii vero partes tantum illarum complectuntur spectantque ad certa empora: ad certas nationes, regiones, prouinias vrbesque: ad singularia etiam argumenta. ta disserui de iis, quæ scripta sunt de rebus saris Lusitaniæ ac Hispaniæ, Galliæ, Angliæ, Scoiæ Hiberniæque: Belgii, Italiæ, Siciliæ ac Sariniæ: Heluetiæ, Germaniæ, Hungariæ, Poloniæ, urlandiæ, Transiluaniæ: Daniæ, Sueciæ, Græciæ, peciatim Moscouiæ; quod ad Asiam adtinet, Syæ, Armeniæ, Indiæ orientalis, Chinæ, Iaponiæ, 'artariæ: in Africa Aegypti, Alexandriæ, Aethioæ atque etiam in America. Ita adiunxi moni-

menta litteraria de singulis capitibus historiae
ctioris, de doctoribus et scriptoribus eccles
de propagatione religionis sanctissimae special
que de coetibus christi adseclarum apostolic
primo principe christiano, expeditionibus cruci
tis, religiosis equitum ordinibus ac legationibus
de diuersis religionibus, maxime christianis: pr
mum de pontificia, ipso papatu, praesulibus r
manis, cardinalibus, monasteriis, ordinibus: de
de de lutherana, testibus veritatis, Luthero, emen
datione sacrorum ac denique de religione ref
matorum. Sequuntur et ea, quae historiae luc
praebent de doctrina ac vita christianorum

risque ritibus: de vexationibus ſeruatoris [illegible] ›rum, martyribus ac martyrologiis: de hæreti-
is atque aliis prauarum ſententiarum auctori-
us ſectisque ac quæ de illis ortæ ſunt, contro-
erſiis: de conciliis ac colloquiis: de variis re-
us permixtis atque argumentis, antea omiſſis.

Ipſa hæc ingenii monimenta eadem ratione
iarraui, quam prioribus tomis adhibui atque
ı eorum multitudine, diuerſitate varietateque or-
inem religionum, ſectarum, temporum, argu-
ıentorum ſequutus ſum. Percenſui non ſolum
pera, libros, opuſcula, commentationes; ſed et-

iam disputationes, eas praecipue, quae argumento ac doctrina se commendant. Quum bibliothecam selectam exhibeo, nemini mirum videbitur, me non singula scripta historiarum sacrarum adduxisse, id quod neque vtile fuisset; neque a me fieri potuisset, et vti sequitur, nonnulla praeteriisse silentio, inprimis quando illa non tam historica; quam dogmatica ac polemica esse atque ab aliis sine iure huc referri, intellexi. Praeter librorum titulos variasque editiones, illorum, licet non omnium; plerorumque tamen, qualia sint argumenta: qualem isti prae se habeant existimationem ac promittant vtilitatem, commemoraui.

raui. Additæ notæ inſeruiunt notitiæ commentariorum litterariorum, quibus multa ſcripta, a me adducta, recenſentur.

Summa hæc eſt bibliothecæ meæ theologicæ tomi tertii, qui nunc in lucem prodit mihique materiam præbet, pie religioſeque profitendi, me conſcripſiſſe illum non ſolis viribus meis; ſed ſingulari dei benignitate inſtructum. Accipias, LECTOR BENEVOLE, volumen hoc tertium atque exſpectes quartum idque totius operis vltimum, de ſcriptis, vti vocantur, exegeticis atque homileticis, quod quum a me iam elabo-

ratum

ratum eſt, illud ſi ſummum numen clemen adiuuabit, abiecta cunctatione litteris deſcribe

Vale mihique ac ſtudiis meis faue. Ienæ d. xx. ſeptembr. anni chriſtiani MDCCLXII.



CONSPECTVS
BIBLIOTHECAE THEOLOGICAE
TOMI TERTII

CAPITIS SEPTIMI

DE

SCRIPTIS HISTORIAE ECCLESIASTICAE

SECTIO

SECTIO

  

quæ ad ſingularia argumenta ſpectant, ſpeciatim de
ciliis ac colloquiis p.

SECTIO XII.

DE

SCRIPTIS HISTORIAE ECCLESIASTICAE
NOVI TESTAMENTI,

quibus variæ res permixtæ ac nonnulla ſingularia a
menta, antea omiſſa, pertractantur p.



BIBLIOTHECAE THEOLOGICAE

TOMVS TERTIVS.



CAPITIS SEPTIMI

DE

IPTIS HISTORIAE ECCLESIASTICAE

SECTIO I.

DE

PTIS, QVIBVS DE HISTORIAE ECCLESTICAE VTILITATE AC NECESSITATE EIVSDEMQVE STVDIO ET SVBSIDIIS EXPONITVR.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

itur primum scripta de historecclesiasticæ vtilitate ac neite eiusdemque studio §. I.
de, quibus notitia scriptorum ·iæ sacræ suppeditatur §. II.
que partim vniuersa chronologia sacra; partim singularia illius argumenta explanantur §. III.
Vna cum iis, quæ geographiam cum sacram eiusque speciatim varia capita; tum ecclesiasticam complectuntur §. IV.

ɜr varia hiſtoriæ genera principem locum tueır hiſtoria eccleſiaſtica, qua res in cœtu ſantiori geſtæ, ſpeciatim illius origo, propagatio, iue proſperiora fuerint; ſiue aduerſa, eiusdemque calamitates mirabilis ac perpetua conſeruatio enar·. Qui notitiam illius ſibi comparare cupit, is, ıam ad ipſum opus adgrediatur, ſciredebet, qualis

A 2

lis vtilitas ab illa exspectanda: qualis ipsius studii ra sit adhibenda, vbi sibi consulere atque in cursu han litterarum bene feliciterque progredi velit.

De præstantia, vtilitate ac necessitate historiæ clesiasticæ commentati sunt:

IO. ANDR. BOSIVS *oratione de historia ecclesiast nostro præsertim tempore diligentius colenda*, edita non lum separatim Ienæ MDCXC. cura *Caspar. Sagittarii* at iterum eodem loco MDCCXXI. 4. sed etiam adiuncta i *introductioni in notitiam scriptorum ecclesiasticorum*, qu paullo post percensebo. Præter alia, auctor ostendit, ex storia ecclesiastica cognoscendum, doctrinam statumque tiquioris ecclesiæ non talem fuisse, qualem pontificis mani adseclæ fingant.

IO. CLERICVS, cuius *oratio de præstantia et vtili historiæ ecclesiasticæ*, Amstelodami MDCCXII. 4. prodiit:

IO. VAN DEN HONERT, qui itidem *orationem historia ecclesiastica, theologis maxime necessaria*, habui Lugduni Batauorum MDCCXXXV. 4. in lucem emisit: *

IO. FECHTIVS in commentatione de *vbertate et ctu, ex ecclesiastica seculi* XVI. *historia capiendo*, Rost MDCXC. *** In iurisprudentiæ ecclesiasticæ studio ne nem, nisi historiæ sacræ scientia instructum, adcu ac feliciter versari posse, res ipsa docet hocque vbe monstrant:

IVST. HENNING. BOEHMERVS *dissertatione de cessitate et vtilitate studii historiæ ecclesiasticæ in iuris ec siastici prudentia*, quam *selectis* suis *obseruationibus ecclesi cis* ad PETRI DE MARCA *dissertationes de concordia cerdotii et imperii* præmisit:

IO. ERNEST. FLOERCKIVS in libello, cuius ins ptio est: *von der nothwendigkeit und nutzen der kirchen storie vor einen studiosum iuris ecclesiastici, desgleichen*

de

* locum obtinuit in KAPPII *clarissimor. virorum orationibus sel* p: 334.

** addita est oratio hæc auctoris *institutionib. theolog. didaci elenchi.* p. 259.

*** FABRICIVS *histor. biblioth. part.* V. p. 316.

denen kirchenscribenten, welche iuristen gewesen, Ienæ MDCCXXVI. 8. *

IO. SALOM. BRVNQVELLIVS, cuius exstat dissertatio de *vtilitate, ex historia atque antiquitatibus sacris in iurisprudentia ecclesiastica studio capienda.* ** De iis taceo, qui data occasione idem argumentum explicarunt; addo tamen FRID. SPANHEMII et IO. ALPHONSI TVRRETINI orationes: illius de *sacrarum antiquitatum præstantia;* *** huius autem de *multiplici sacrarum antiquitatum vsu et præstantia.* *

Cum scriptis, nunc memoratis, ea coniungenda sunt, quorum auctores de ipsa historia ecclesiastica eiusque natura: de studio illius, prudenter adhibendo atque amplificando, exposuerunt, cuius generis sunt: MARTINI SCHMEIZELII *præcognita historiæ ecclesiasticæ, in quibus natura et indoles historiæ ecclesiasticæ explicantur: adiumenta edisseruntur totiusque historiæ ecclesiasticæ systema tabellis synopticis adumbratur*, Ienæ MDCCXXI, 4. quibus multa, recte atque vtiliter dicta, habentur: IO. CHEVOTII dissertatio de *historia ecclesiastica*, Venetiis MDCCXXVII. 4. per quam quum auctor intelligit fœderis, a deo cum Abrahamo in electo semine initi, numquam ad hanc vsque diem intermissam confirmationem, facile videndum est, illum historiæ huic angustiores limites posuisse: ** MENON. NICOL. CARSTENS *meditationum subcesiuarum specimen*, Lubecæ MDCCXLIII. 4. quod exhibet commentationem de *prudentia et circumspectione, in tractatione historiæ ecclesiasticæ noui testamenti sedulo adhibenda:* *** PHIL. FRID. HANE *consilium de studio historiæ ecclesiasticæ, apud protestantes nostrates per commentarios perpetuos et paullo pleniores a se concinnandos fontesque huius studii genuinos recludendos promouendo amplifi-*

* *samlung von alten und neuen theol. sachen*, 1728. p. 72.

** præmisit illam CIRONII *obseruationib. iuris canonici*, cura eius Ienæ MDCCXXVI. 4. iterum editis.

*** est illa in eiusdem *operum tom.* II. p. 1395.

* exstat in KAPPII *clarissimorum viror. orationib. select.* p. 88. et ipsius TVRRETINI *opusculis varii generis*, Brunsuigæ MDCCXXV. 8. editis, *tom.* I. p. I.

** *supplement. nou. actor. erudit. tom.* I. p. 406.

*** *ibidem tom.* VI. p. 186.

plificandoque, Hamburgi MDCCXXVII. 4. quod consilium ad historiam ecclesiasticam, non tam addiscendam; quam scribendam pertinet, et antequam illud auctor exponit, qualis sit facies historiæ huius nostro seculo, enarrat. *

§. II.

Quum notitia rerum, quas historia ecclesiastica complectitur, ex documentis ac libris haurienda est, studiosum historiæ huius eiusmodi scripta scire oportet, antequam ad ista legenda ac diiudicanda, num ibi commemoratæ res fidem præ se habeant; nec ne: num certæ sint; an dubiæ, accedat. Quam notitiam si quis adquirere vult, consulet sibi bene studiumque reddet facilius, quando eos adeat, qui in scriptis historiæ ecclesiasticæ enarrandis operam posuerunt. Inter libros, quibus commentarii historiæ sacræ recensentur, locum tenent:

IO. ANDR. BOSII *introductio in notitiam scriptorum ecclesiasticorum*, quæ ita se commendauit, vt non solum sæpius litteris descripta; sed etiam adnotationibus illustrata fuerit. Habentur quinque illius editiones, quarum prima prodiit Ienæ MDCLXXIII. secunda sub inscriptione: *schediasma de comparanda notitia scriptorum ecclesiasticorum*, eodem loco MDCLXXXVI. 8. tertia in THOMAE CRENII volumine scriptorum de *comparanda eruditione*, ** Lugd. Batauorum MDCXCIX. 4. cum eiusdem notis: quarta studio IO. GERH. MEVSCHENII Kilonii MDCCIV. 8. itidem cum illius obseruationibus *** ac quinta, a me ipso in lucem emissa atque ita adornata, vt non solum notæ *Buddei, Meuschenii* ac *Crenii*; sed etiam BOSII *opuscula historiæ et antiquitatum sacrarum* accesserint, Ienæ MDCCXXIII. 8. * Spectat tamen liber hic non ad omnem histo-

* *acta erudit.* MDCCXXIX. p. 94. *samlung von alten und neuen theol. sachen*, 1728. p. 796. COLERI *auserlesf. theol. bibl. tom.* IV. p. 378.

** p. 409.

*** *iournal des sauans* MDCCVI. p. 645.

* *acta erudit.* MDCCXXIII. p. 195. *deutsche acta eruditor. volum* VIII. p. 586. *sammlung von alten und neuen theologischen sachen*, 1723. p. 275.

historiam ecclesiasticam; sed ad partem tantum illius, quæ de scriptoribus ecclesiasticis præcipit:

SEVERIN. WALTHERI SLVTERI *propylæum historiæ christianæ, sistens enarrationem methodicam scriptorum veterum et recentiorum, cum generatim ad historiam ecclesiæ christianæ; tum speciatim ad eiusdem topographiam, prosopographiam et polemographiam facientium*, Francof. MDCLXXX. et iterum cum emendationibus atque accessionibus Luneburgi MDCXCVI. 4. qui liber quamuis non sit contemnendus; post eum tamen alii generis huius lucem adspexerunt, pleniores atque adcuratiores pariter; ac meliori ordine dispositi:

THOMAE ITTIGII *schediasma de auctoribus, qui de scriptoribus ecclesiasticis egerunt*, post mortem eius a *Christiano Ludouici* Lipsiæ MDCCXI. 8. editum.* Quod tamen quum ad partem tantum historiæ ecclesiasticæ pertinet, vti antea memorata BOSII *introductio*; huc inprimis spectant eiusdem binæ præfationes, *selectis capitibus historiæ ecclesiasticæ seculi primi* et *secundi* præmissæ. Priore illarum recentiores; posteriore autem antiquiores historiæ ecclesiasticæ scriptores recensentur, non sine industria:

CASPAR. SAGITTARII *introductio in historiam ecclesiasticam et singulas eius partes*, Ienæ MDCXCIV. 4. cuius auctor quum vitam finiisset, antequam illa plene descripta esset, *Io. Andr. Schmidius* curauit, vt lucem adspiceret, ac præfationem scripsit. Exhibentur in opere hoc scriptores historiæ ecclesiasticæ veteres ac recentiores, cum generales; tum speciales, regnorum, rerum publicarum ac prouinciarum: patriarcharum, archiepiscoporum, episcoporum, abbatum: certarum vrbium, monasteriorum; præter hos autem ii enarrantur, qui de imperatoribus romanis regibusque Germaniæ: de pontificibus romanis, cardinalibus hæresiumque auctoribus egerunt. Probauit Sagittarius singularem industriam atque opus, historiæ ecclesiasticæ cultoribus perutile, dedit: **

* *acta erudītor.* MDCCXI. p. 509. *vnschuldige nachrichten*, 1711. p. 903.

** *acta erudītor.* MDCXCV. p. 139. TENTZELII *monatliche vnterredungen*, 1694. p. 338. FABRICII *histor. bibliothec. part.* V. p. 302.

IO. ANDR. SCHMIDII *sagittarianae introductionis in historiam ecclesiasticam tomus II. exhibens supplementa tomi primi et eiusdem continuationem de conciliis et colloquiis*, Ienae MDCCXVIII. 4. Præfatione refert Schmidius, ad librum hunc perficiendum THEODOR. HASAEVM operam suam contulisse ac supplementorum capita quatuor, eaque XIX. XX. XXI. XXII. scripsisse. Cuius antea mentionem feci, SLVTERVS eo quidem consilio *propylaeum* suum iterum edidit, vt supplementum *sagittarianae introductionis* exhiberet; plura autem eaque meliora Schmidius praestitit sibique inter eiusmodi scriptores principem locum conciliauit. Promisit tomum tertium eoque suppeditare voluit notitiam auctorum de ritibus atque aliis antiquitatibus sacris: de persequutionibus, martyribus ac martyrologiis: de sanctis, hierarchia ecclesiastica, ordinibus religiosis vtriusque sexus aliisque similibus argumentis; lucem autem is haud vidit hancque ob rem opus Sagittarii ac Schmidii quamuis sit egregium; reliquerunt tamen illi varia genera scriptorum historiæ ecclesiastiæ, ab aliis addenda: *

ADOLPHI CLARMVNDI *einleitung zur wissenschaft der vornehmsten vnd berühmtesten scribenten, so die kirchenhistorie des neuen testaments mit vorsatz beschrieben*, Dresd. MDCCX. 8. eiusdem: *kurtze vnd deutliche fragen aus der historia ecclesiastica, welchen beygefuget die lebensbeschreibung derer vornehmsten vnd beruhmtesten scribenten, so die kirchenhistorie in schriften entworfen*. Vitemb. MDCCVII. 8. quibus opusculis quum auctor neque adcurationem; neque iustum ordinem adhibuit, mirum non est, illa paruæ esse existimationis:

GOTTLOB. FRIDERIC. GVDII *bibliotheca disputationum et obseruationum de selectis historiæ ecclesiasticæ capitibus specimen*, Lipsiæ MDCCXLIII. 4. ** Auctor sequutus est ordinem, in KRANZII *historia ecclesiastica* seruatum, laudabilemque laborem suscepit, quum monimenta recensuit, quæ,

* *acta eruditor.* MDCCXVIII. *deutsche act. erudit. vol.* V. p. 467. *vnschuld. nachrichten*, 1718. p. 153. *hällisch. neue biblioth volum.* X. p. 345. 388. FABRICII *histor. biblioth part.* V. p. 320.

** *samlung von alten vnd neuen theol. sach.* 1743. p. 291. 1744. p. 518. *nachricht. von den neuest. theol. buchern, volum.* IV. p. 40.

quae, non satis nota, ab aliis plane omittuntur; ab aliis autem raro adduci solent. Praeter ipsa scripta commemorata, exhibetur * tabula donationis Constantini magni, cum commentario anonymi. Enarrati auctores vti ex instituto scriptores ecclesiasticos percensuerunt; ita fuerunt, qui data occasione in iisdem memorandis studia sua collocarent: GVIL. CAVEVS, ** IO. ALBERT. FABRICIVS, *** CHRIST. MATTH. PFAFFIVS, * IO. FRANC. BVDDEVS, ** IOACH. LANGIVS, *** GOTTL. STOLLIVS, * MARTINVS SCHMEIZELIVS. **

§. III.

Ea est historiae, inprimis ecclesiasticae, ratio, vt qui istam adcurate ac feliciter notam sibi reddere velit, adiumenta adhibere debeat. Varia sunt ista atque inter se ita differunt, vt alia maxime ad studium, historiam ecclesiae facilius addiscendi; alia autem ad ipsam historiam; siue res gestas spectent. Haec iis, quae euenerunt, lucem adferunt atque ad id valent, vt narratio istorum aeque ac cognitio fiat adcurata ac distincta. Locum in illis tenent *chronologia* ac *geographia*, de quarum scriptis prius exponam; quam ad ipsius historiae sacrae monimenta accedam.

Chronologia quum vel *technica* est, quae principia ac fundamenta doctrinae temporum tradit; vel *historica*, quae in rebus gestis, ad aetatum rationes referendis, versatur, non illius; sed huius scripta ad locum hunc pertinent. Sunt illa vel *generalia*, ita composita, vt ad quarumcunque gentium ac temporum facta spectent, siue ista sint sacra atque ecclesiastica; siue ciuilia; siue litteraria; vel *specialia*, in quibus de quodam tantum genere rerum gestarum

 tempo-

* p. 72.
** *prolegom. histor. litterar. scriptor ecclesiast. sect.* VI. p. 21.
*** *bibliothec. graec. volum.* XII. p. 152.
* *introduct. in histor. theolog. litterar. part.* III. ac *prolegom. institution. histor. eccles.* §. 3. p. 16.
** *isagog. ad theolog. vniuers. libr.* II. *cap.* 6. p. 863.
*** *institutionib. studii theol. litterar.* p. 166.
* in *der einleitung zur historie der theol. gelahrheit* p. 169.
** *praecognit. histor. eccles. p.* 20.

tempora atque aetates indicantur. In horum ordine sunt monimenta *chronologiae sacrae* atque *ecclesiasticae*, cum prioris; tum posterioris foederis, nunc a me enarranda. Quae enim generalia sunt atque ad omnem historiam pertinent, ea iam tacitus praetereo. Chronologiam igitur *veteris testamenti* illustrant eamque vniuersam:

GILBERTI GENEBRARDI *chronologiae ecclesiasticae* libri IV. Coloniae MDLXXXV. 8. Lugduni MDXCIX. Parisiis MDLXXXV. MDCLX. fol. quorum duo priores de rebus veteris populi ac praecipuis quatuor millium annorum factis agunt; posteriores autem, ex ARNALDI PONTACI *chronologia* aucti, recentiores historias complectuntur. In opere hoc atque aliis scriptis auctor comprobat, quod THVANVS * pronuntiauit, illum in monimentis suis iniquiorem atque acerbiorem ac vita; quam stilo, temperatiorem creditum fuisse:

MATTH. BEROALDI *chronicon, sacrae scripturae auctoritate constitutum*, Francof. MDCVI. MDCCXXV. 4. in quo omnia scriptorum profanorum monimenta reiecit atque ex solis scripturis sacris temporum rationem definire adnisus est; valde autem a doctissimis viris reprehensus fuit:

HENRICI SAMERII *chronologia sacra, ab orbe condito vsque ad christum natum*, Antuerp. MDCVIII. fol. quae non magnam existimationem sibi conciliauit:

AVGVSTINI TORNIELLI *annales sacri et profani, ab orbe condito ad eumdem christi passione redemtum, cum sacrosancta scripturae et ethnicorum collatis inter se ad veritatem temporibus, vere ordinateque dispositi*, duobus tomis fol. Primam lucem quum isti adspexissent Mediolani MDCX postea saepius litteris descripti sunt ac prodierunt Francofurti MDCXI. MDCXL. Coloniae MDCXXII. Antuerpiae MDCXX. MDCLXIX. Ita conscripti sunt, vt veluti opus, cum BARONII *annalibus* connexum, exhibeant. Epitome eorum habetur in HENRICI SPONDANI *annalibus sacris, a mundi creatione ad eiusdem redemtionem*, Parisiis MDCXXXVII. MDCXXXIX. MDCLX. Coloniae MDCXL. fol.

IACOBI SALIANI *annales ecclesiastici veteris testamenti, quibus connexi sunt annales imperii Assyriorum, Babylonio-*

* ad *annum* MDXCVII.

loniorum, *Persarum*, *Graecorum atque Romanorum*, opus sex tomorum fol. primum Parisiis in lucem emissum. Ibi prodiit tomus primus MDCXIX. secundus M.DCXX. tertius MDCXXI. quartus MDCXXII. quintus et sextus MDCXXIV. Sequutae sunt duae aliae editiones: altera coloniensis MDCXX. altera parisiensis MDCXLI. quae in inscriptione ipsius auctoris cura auctior et melior dicitur. Magnum quidem est opus; non singularis autem vtilitatis. Vbique in eo Iosephus reprehenditur hancque ob caussam quidam eruditi viri non benigne de Saliano sentiunt. Ipse *annales* suos in epitomen redegit hæcque sub titulo: *epitome annalium*, Parisiis MDCXXXV. Coloniae MDCXXXVIII. Rothomagi MDCXLVI. MDCLV. fol. in lucem exiit; * immo ex hac epitome *enchiridion chronologicum* compositum fuit:

HENRICI PHILIPPI varia scripta chronologica, vti sunt: *introductio chronologica de computo ecclesiastico*, Coloniae MDCXXI. 4. *chronologica synopsis sacrorum temporum*, Coloniae MDCXXIV. 4. *manuale chronologicum veteris testamenti*, Antuerpiae MDCXXXV. 8. *examen chronologiae veteris testamenti*; item: *quaestiones chronologicae de annis iulianis et Nabonassari et aera iudaica inter se componendis*, Coloniae MDCXXX. 4. quae in non magno honore sunt:

ANDR. HELVIGII *sacra chronologia, das ist, wahrhaftige vnd beständige nachrechnung der iahre von erschaffung der welt bis auf christum*, Gryphiswald. MDCXXV. 4.

HENRICI SPONDANI *annales veteris testamenti, a mundi creatione ad eius reparationem*, Parisiis MDCXXXIX. Coloniae MDCXL. fol. qui comprehendunt compendium, ex TORNIELLI *annalibus* compositum:

HENRICI GVTHBERLETI *chronologia*, Amstelodami MDCXXXIX. MDCLVI. 8.

GER. IO. VOSSII *chronologiae sacrae isagoge; siue de vltimis mundi antiquitatibus ac inprimis de temporibus rerum ebraearum dissertationes octo*, Hag. comit. MDCLIX. 4. MDCLXXXVIII. 4. quae multam industriam atque eruditionem monstrant **:

DAVID

* FABRICIVS *histor. biblioth. part.* II. p. 422.
** sunt in eiusdem *operum tom.* VI. p. 1.

DAVID. PAREI *chronologia sacra*, Amstelodami MDC[illegible] 8. cuius etiam exstat oratio de *quaestione: vtrum chron[o]gia integra ab Adamo ad christum ex sola sacra historia h[aberi] possit?* Lugduni Batauorum MDCVII.

MICHAELIS MAESTLINI *synopsis chronologiae sa[crae]* cum *harmonia vitae iesu christi*, cura *Io. Valentini A[n]dreae*, Luneburgi MDCXLII. 12. opusculum, aliquot tan[tum] plagulis constans; nec plane vulgare*:

IACOBI VSSERII *annales veteris & noui testament[i] a prima mundi origine deducti vsque ad extremum templi [et] reipublicae iudaicae excidium.* Praeclarum opus hoc prim[um] prodiit Londini duabus partibus, harumque prior inscript[a] *annalium pars prior, a temporis historici principio vsque a[d] Maccabaicorum initia producta, vna cum rerum asiaticar[um] et aegyptiarum chronico*, MDCL. fol. posterior autem: *pa[rs] posterior, in qua praeter maccabaicam et noui testamenti hi[sto]riam, imperii romanorum caesarum sub C. Iulio et Octauia[no] ortus rerumque in Asia et Aegypto gestarum continetur chronico*[n] ceter. MDCLIV. fol. ** Vtraque pars postea coniunctim s[ub] titulo: *annales veteris et noui testamenti*, exiit in lucem P[a]risiis MDCLXXIII. fol. ac Bremae MDCLXXXVI. fol. atque a[c]cessit auctoris *chronologia sacra*, post illius obitum separat[im] edita a *Thom. Barlow* Oxonii MDCLX. 4. Editionibus h[is] anteferenda est illa, quae Geneuae MDCCXXII. fol. prodi[it] quoniam non solum splendidior atque adcuratior, praese[r]tim bremensi; verum etiam locupletior est. Additae sunt n[o]tae atque emendationes, ipsa VSSERII manu scriptae, v[na] cum eiusdem dissertatione de *Macedonum et Asianorum an[no] solari*, antea Londini MDCXLVIII. 8. publicae luci exposit[a] ac libro de *romanae ecclesiae symbolo apostolico veteri aliisq[ue] fidei formulis*, qui Londini MDCXLVII. 4. prodierat; ite[m] cum *Vsserii vita* a THOM. SMITHO conscripta ac Lond[i]ni MDCCVII. 4. edita ***. Breuiorem praefationem [a] *Cleric[o]*

* BAVMGARTENII *nachrichten von merckwurdigen buchern, vol.* [illegible] p. 320.

** NICERONII *memoir. tom.* V. p 129.

*** CLERICI *bibliotheque. ancienn. et modern. tom.* XVII. p. 389. *jou[r]nal des sauans* MDCCXXII. *decembr.* p. 655. *historie der gelehrsa[mkeit]* [illegible]

Clericus praemisit atque ista opus ipsum merito laudauit. Auctor quae tradidit, ea ex fontibus sumsit: eruditionem, diligentiam atque acumen monstrauit: rebus chronologicis tantam adtulit lucem, vt inter principes illarum scriptores locum suum optimo iure tueatur:

LVDOVICI CAPELLI *chronologia sacra, ab orbe condito ad christum*, Parisiis MDCLV. 4. Tiguri MDCLXXIII. fol. et in *adparatu* ad WALTONI *biblia polyglotta*, Londini MDCLVII.

IO. OLAI TERSERI *chronologia sacra, ab ortu mundi vsque ad natum christum*, Vpsal. MDCLVII. MDCLXXXVIII. 8.

CHRISTIAN. RAVII *vnica, vera et infallibilis chronologia biblica*, Kilonii MDCLXX. fol. * cuius quaterniones duo primi, postea tamen in editione kiloniensi varie immutati, iam Vpsaliae MDCLXIX. sub hoc titulo lucem adspexerant: *chronologia infallibilis de demonstratis ex solo veteri testamento annis christi, iuxta ductum codicis ebrai, numquam visum, demonstratiua disputationes.* ** Quum in sententiam ingressus est, codicem sacrum vnice normam chronologiae exhibere ac scriptores profanos hac in re reiiciendos esse, aduersarios nactus est, praecipue ABR. CALOVIVM, qui pugnauit aduersus eum in *discussione infallibilitatis nouae chronologiae biblicae Chr. Rauii*, Vitembergae MDCLXX. 4. cui praemissa est: RAVII *epistola pro infallibilitate chronologiae biblicae et de chronologorum aliorum erroribus*, ad Calouium MDCLXX. exarata, et in *chronico biblico*, praefixo *bibliis* eiusdem *illustratis*. In idem certamen contra Rauium venerunt: MAGNVS CELSIVS in *computo ecclesiastico*, MDCLXXIII. 8. PETR. MEGERLINVS *commentario chronologico*, quem *theatro diuini regiminis* adiecit, Basileae MDCLXXXI. 4. MATTH. WASMVTHVS, SAM. REYHERVS atque alii. Ab hostibus his RAVIVS defendere se adnisus est ac iuris publici fecit: *excussionem ineptae discussionis*

keit vnserer zeiten, part. V. p. 418. LILIENTHALII *biblisch-exegetische bibliothec* p. 175. *samlung von alten vnd neuen theologischen sachen*, 1722. p. 253.

* refertur inter libros rariores: vide VOGTII *catalogum libror. rarior.* p. 569.

** SCHEFFERVS *adpendic. Suec. litterat.* p. 302.

nis Abr. Calouii super verissima temporum canonica ratione, hoc est, infallibilitate chronologiae biblicae, Colon. brandenburg. MDCLXXI. fol. praeterea autem edidit: *synopsin chronologiae biblicae centum epocharum biblicarum ad primum annum mundi, mensem, diem et feriam ab orbe condito ad iesu christi in caelos adscensionalem et spiritus sancti missionalem*, Berolini MDCLXX. fol. *disputationem chronologicam de aduentuali plenitudine temporis iesu christi in carnem, a priori deducta ex historia anni diluuialis*, Francof. ad Viadr. MDCLXXIII. 4. *arcana biblica, contestantia aram christi A. M.* MMMMCXL. *non* MMMM. *vti Calouius inconsulta scriptura docet*, Francof. ad Viadr. MDCLXXV. fol. *quinquagena testium biblicorum de vera plenitudine temporis aduentualis christi* A. M. MMMMCXL. eodem loco fol. ac quaedam alia atque in his ea quoque, quibus caussam suam aduersus Celsium agere voluit: *

EDVARDI SIMSONII *chronicon*, *historiam catholicam complectens seriemque historiarum ex sacris bibliis et probatae fidei auctoribus secundum tempora dirigens, ab initio mundi ad annum christi septuagesimum primum*, Oxon. MDCLII. fol. et iterum cum *Petri Wesselingii* adnotationibus, Lugduni Batauorum MDCCXXIX. fol. duobus voluminibus, quod erudite; non satis autem adcurate semper ac perspicue scriptum est:

ABR. CALOVII *chronicon biblicum*, eiusdem *bibliis illustratis* praemissum, quod prae aliis eiusmodi scriptis commendandum est, quia isto praecipuae controuersiae chronologicae, quae ad historiam sacram veteris testamenti pertinent, diligenter atque adcurate pertractantur. Simili modo IACOB. TIRINVS *commentario* suo in scripturam sacram chronologiam adiunxit:

IO. LIGHTFOOTI *chronica temporum et ordo textuum veteris et noui testamenti*: **

HVGONIS ROBINSONI *annales mundi vniuersales*, libris XIV. ab orbe condito ad captiuitatem babylonicam, Londini MDCLXXVII. fol. qui liber non multum eruditis viris se commendauit:

IANI

* MOLLERVS *Cimbr. litterata tom.* II. p. 686.

** exstant in auctoris *operum tom.* I. p. I. *tom.* II. p. I.

IANI BIRCHERODII *lumen historiae sacrae veteris et noui testamenti, per tabulas chronologicas, aeri incisas, repraesentatum et ad aliarum gentium antiquissimarum historiam compendiose adcommodatum*, Hafn. MDCLXXXI. 4. Accessit tabularum explicatio inque ista fundamenta chronologica codicis ebraici breuiter exposita sunt atque inprimis contra Richardum Simonem et Isaacum Vossium defensa. Opus est, quod post auctoris obitum publicam lucem adspexit: *

FRIDERICI SPANHEMII *chronologia sacra*, duabus partibus, quarum prior est technica: posterior historica. Vtraque singularem auctoris eruditionem atque industriam ostendit. Prodiit illa vna cum eiusdem *historia ecclesiastica*, postea separatim a me percensenda, sub titulo: *introductio ad chronologiam et historiam sacram*, Lugduni Batauorum MDCLXXXIII. 4. **

CAROLI IOSEPHI IMBONATI *chronologia totius sacrae scripturae, a mundi exordio ad iesu christi aduentum*: ***

PETRI BAENGII *chronologia sacra*, Wiburg. MDCXCIV. 4. eiusdem *computatio temporum veteris et noui testamenti*, ibidem: *

GVIL. WHISTONI *breuis conspectus chronologiae veteris testamenti et harmoniae quatuor euangelistarum*, qui lingua anglica Cantabrig. MDCCII. 4. in lucem prodiit, ** ac *tabulae chronologicae, complexae antiquitates ebraicas, phoenicias, aegyptias et chaldaicas, tam ante; quam post diluuium, comparatas inuicem excerptasque ex pentateucho samaritano, Iosepho, Sanchoniathone, Herodoto, Dicaearcho, Manethone, Eratosthene* ceter. *coepta primum ab erudito episcopo Ricardo Cumberland: aucta deinde, perfecta et concinnata ab origine mundi vsque ad aeram Nabonassari, regis babylonici, a qua* Hum-

* BAELII *nouuell. de la republiqu. des lettres* MDLXXXVIII. p. 926. CLERICI *bibliotheqn. vniuers. tom* X. p. 141.

** exstat in eiusdem *oper. tom.* I. adde NICERONII *memoir. tom.* XXIX. p. 16.

*** est in eius *bibliotheca latino-ebraica.*

* STIERNMANNVS in *Aboa litterata* p. 68.

** *acta eruditor.* MDCCIII. p. 50. *vnschuldige nachricht.* 1703. p. 734.

Humfredus Prideaux insigne suum opus incipit, vulgataque supplementi instar ad tabulas chronologicas eruditissimi episcopi wigorniensis, Guil. Lloydii, editas a Marschallo, itidem anglice, Londini MDCCXXI. fol.

GVIL. BONIOVR *selecta in sacram scripturam dissertationes*, Montefalisco MDCCV. 4. vbi multa habentur, quae ad chronologiam veteris testamenti pertinent. Auctor in temporis ratione designanda codicem ebraeum sequitur atque inter alia de hebdomadibus Danielis deque diluuio exponit: *

RENATI IOSEPHI TOVRNEMINII *tabula chronologica sacrae veteris et noui testamenti*, quae additae sunt *bibliis* versionis vulgatae, a IO. BAPTIST. DV HAMEL Parisiis MDCCVI. fol. editis: **

IO. DANIEL. MORGENSTERNII *compendium chronologiae sacrae et propheticae*, MDCCVII. 4. quod antea titulum prae se habuit: *chronotaxis heptiperiodica ab vniuersi orbis conditi initio ad euersae vrbis sanctae exitium*, auctore NATHANAEL. PHILADELPHO, MDCXCV. 4. quoue auctor chronologiam sacram in adcuratiorem ordinem adducere adnisus est; ***

CAMPEGII VITRINGAE *hypotyposis historiae et chronologiae sacrae a mundo condito vsque ad finem seculi primi*, Franeckerae MDCXCVIII. MDCCVIII. Leoward. MDCCXVI. 8. Accessit *typus doctrinae propheticae*. Compendium est elegans, non sine vtilitate legendum: *

IO. IACOB. HOTTINGERI *pentas dissertationum biblico-chronologicarum*, Trai. ad Rhenum MDCCXXIII. 8. quibus quum ex notis temporis, aduentui messiae adsignati, praecipue in LXX. hebdomadibus Danielis, atque ex historia euangelistarum de Ioanne, christo et Paullo aduersus iudaeos demon-

---

* CLERICI *bibliotheque choisie tom.* XV. p. 196. *sammlung von alten vnd neuen theologischen sachen*, 1739. p. 686.

** *memoir. de Treuoux* MDCCVI. p. 807. 1396. Sunt etiam in MENOCHII *commentar. in sacram scripturam, tom.* II. p. 358. edit. Venet. MDCCXXII. fol.

*** *samlung von alten vnd neuen theol. sachen*, 1739. p. 688.

* *iournal literair. tom.* VII. p. 430. *vnschuldige nachrichten*. 1717. p. 437. LILIENTHALII *biblisch-exeget. bibliothec* p. 445.

demonstratur, iesum et in plenitudine temporis natum; et christum esse, varia chronologiæ capita docte illustrantur. Præmisit illis *Frideric. Adolph. Lampe* præfationem de chronologia sacra eiusque scriptoribus: *

GOTTFRIDI KOHLREIFFII *chronologia sacra, a mundo condito vsque ad ipsius interitum*, Hamburgi MDCCXXIV. 8. ** qui postquam nactus fuerat aduersarios, nominatim Vignolium, Hofmannum, Wokenium in scriptis postea adducendis, edidit: *defensionem restitutæ antiquitatis temporum religiosam et euangelicam*, Hamburgi MDCCXXVIII, 8.*** eo consilio, vt caussam suam aduersus istos tueretur; præter hanc autem, iuris publici fecit librum, cuius inscriptio est: *chronologia liphrat katon adbuc immota*, Lubecæ MDCCXXXII. 8. * atque in eo iterum se defendit:

GVSTAVI CHRISTOPH. HOSMANNI *hypotyposis chronologiæ sacræ, historiam populi israelitici a morte Isaaci vsque ad captiuitatem babylonicam illustrans*, Hamburgi MDCCXXVII. 8. ** qua inter alia contra KOHLREIFFII *chronologiam sacram*, antea memoratam, disputat. Ab aduersario hoc quum KOHLREIFFIVS se defendisset; HOSMANNVS *adnotationes ad hypotyposin, quam edidit, chronologiæ, quibus obiectiones soluuntur*, Hamburgi MDCCXXIX. 8. *** iuris publici fecit; præter hoc opusculum autem, *chronologiam sacram librorum veteris testamenti, obseruationibus exegeticis illustratam*, MDCCXXXIV. 4. * a mundo condito vsque ad vltimam Hierosolymorum euersionem, a Romanis factam:

MICHEL *de Toul systeme chronologique sur les trois textes*

* *samlung von alten vnd neuen theol. sachen*, 1723. p. 1042.
** *acta eruditor.* MDCCXXV. p. 163. *samlung von alten vnd neuen theolog. sachen* 1725. p. 975. LILIENTHALII *bibl. exeg. bibliothec.* p. 443.
*** *samlung von alten vnd neuen theologischen sachen*, 1728. p. 945. COLERI *auserlesene theolog. biblioth volum.* III. p. 795.
* *samlung von alten vnd neuen theol. sachen*, 1733. p. 633.
** *sammlung von alten vnd neuen theol. sachen*, 1728. p. 944.
*** *samlung von alten vnd neuen theol. sachen*, 1730. p. 484.
* *samlung von alten vnd neuen theol. sachen*, 1735. p. 731. *supplement ad noua acta erudit. tom.* I. p. 169.

tes de la bible, auec l'histoire des anciennes monarchies expliquee et retablie, Parisiis MDCCXXXII. 4. duabus partibus, quo libro auctor in temporum rationibus explicandis textum scripturæ triplicem, ebræum, samaritanum ac græcum septuaginta interpretum, inter se confert: *

IO. FRIDERIC. SCHMIDTII *chronologische anleitung zum rechten wortverstand der ganzen heiligen schrift*, duabus partibus, quarum prior Guelpherb. MDCCXXXV. posterior ibidem MDCCXXXVII. 8. in lucem exiit. In illa veteris; in hac autem noui testamenti rebus chronologicis auctor lucem adtulit: **

ARTVRI BEDFORDI *chronologia scripturæ sacræ, per astronomicos calculos, vt et per annum iubilæum et sabbaticum iudæorum demonstrata, methodo hactenus intentata et ab Vsserio primum proposita, cum historia mundi, inde a creatione ad tempora, quibus opus suum inchoauit D. Prideaux*, id quod ingenii monimentum lingua anglica in lucem prodiit Londini MDCCXXX. fol. ***. Exposita est in eo integra historia vtriusque testamenti a mundo condito vsque ad canonem posterioris fœderis, ita vt auctor copiosior sit in iis, quæ Prideaux non attigit: in reliquis eum sæpe sequatur atque inprimis codicem ebræum, vbi id opus est, stabiliat, contra Isaacum Vossium. Accesserunt tabulæ chronologicæ atque astronomicæ, ac multa dicta sunt, quæ ad scripturam sacram illustrandam faciunt, de loco nimirum paradisi, de forma arcæ Noachi, de turre babylonica primaque gentium dispersione ac pluribus aliis rebus:

Remarques chronologiques sur l'ancien testament, Parisiis MDCCXXXVII. 8. * quibus adnotationibus vera temporum ratio ex scriptura sacra monstratur speciatimque de septuaginta hebdomadibus Danielis diligenter agitur:

ALPHONSI VIGNOLII *chronologie de l'histoire sainte et*

---

* *iournal des sauans* MDCCXXXIV. *februar.* p. 238.

** *samlung von alten vnd neuen theol. sachen* 1740. p. 577. *fruh aufgelesen. fruchs.* 1735. p. 269. LILIENTHALII *biblisch - exegetische biblioth.* p. 447.

*** *acta erudit.* MDCCXXXI. p. 97. *present state of the republick of lettres*, Londini MDCCXXX. *nouembr. volum.* VI. p. 324.

* *samlung von alten vnd neuen theol. sachen*, 1738. p. 493.

et des histoires etrangeres, qui la concernent depuis la sortie d'Egypte iusqu'a la captiuité de Babylone, duobus tomis Berolini MDCCXXXVIII. 4. Opus hoc præstantissimum thesaurum variæ eruditionis complectitur: rationem, multas difficultates chronologicas tollendi, monstrat multisque scripturæ sacræ locis lucem accendit. Diuisum illud est in sex libros, quorum *primo* continetur chronologia ab exitu israelitarum ex Aegypto vsque ad Salomonem: *secundo* instituitur disquisitio annorum regum Iudæ et Israelis vsque ad captiuitatem babylonicam: *tertio* notæ chronologicæ indicantur, quales sunt: annus exodi, sabbatum, transitus per mare rubrum, anni sabbatici, iubilæi atque alii: *quarto* illustratur chronologia regum Tyri, Syriæ, Aegypti, Assyriæ et Mediæ: *quinto* exponitur de annis regum Babyloniæ vsque ad Cyrum deque æra nabonassarea ac canone Ptolemæi: *sexto* denique de vetustissima anni forma apud Chaldæos, Aegyptios, Græcos ac Romanos. * Dedit quoque VIGNOLIVS *responsionem* ad ea, quæ KOHLREIFFIVS in libris, antea memoratis, contra istum scripserat: **

LEONARDI OFFERHAVSII *spicilegiorum historico-chronologicorum libri tres, quibus chronologia sacra, origines et fata regnorum per orientem, vt et Græcorum migrationes exhibentur*, Grœningæ MDCCXXXIX. 4. Constat opus hoc tribus libris. Eorum *primo* auctor chronologiam sacram illustrat, atque in Ebræorum inquirit tempora, a rerum origine vsque ad Cyrum: *secundo* versatur in Babyloniorum, Assyriorum, Medorum et Persarum originibus ac præcipuis fatis ad mortem Cyri maioris describendis ac dilucidandis, et *tertio* exhibet origines Græcorum, maxime eorum, qui ex Inachi stemmate orti, ad Troiam euersam floruerunt. Præter tabulas chronologicas, adiunctæ sunt dissertationes: altera de Alexandro, Aegypti Cyprique rege, qui populum roma-

* *acta erudit.* MDCCXXXIX. p. 97. 438. 494. 595. *biblioth. germaniqu tom.* XLIII. p. 1. XLIV p. 14. XLV. p. 65. *deutsche act. eruditor. vol.* XIX. p. 685. *samlung von alten vnd neuen theol. sachen*, 1739. p. 613. LILIENTHALII *biblisch exegetische bibliothec* p. 345. adde *memoir. de Treuoux* MDCCXXXIV. p. 1902.

** *bibliothequ. germaniqu. tom.* XIV. p. 122. et *tom.* XVII. p. 45.

num testamento heredem fecit, eiusque in regno Aegypti successore, Ptolemaeo Aulete: altera de vita saluatoris priuata et publica, vna cum epistola ad Offerhausium de rebus christi ex prophetis *:

IO. ALBERT. BENGELII *ordo temporum, a principio per periodos oeconomiae diuinae ad finem vsque deductus*, Stutgard. MDCCXLI. 8. quo libro auctor studia sua ad id contulit, vt ex scriptis sacris vtriusque foederis monstraret, quales sint periodi oeconomiae diuinae ac quale tempus isti destinatum fuerit **. Exstat eiusdem *cyclus; siue de anno magno solis, lunae, stellarum consideratio, ad incrementum doctrinae propheticae atque astronomicae adcommodata*, Vlm. MDCCXLV. 8 ***.

IACOBI KOCHII *kurtze vnd sichere anfangsgründe zu einer richtigen chronologie*, Lemgou. MDCCXLII. 4. qui liber praecipue ad *Danielem*, ab auctore editum, illustrandum, confirmandum atque emendandum spectat. Varia difficiliora chronologiae capita bene enodata sunt ac in quibusdam dissensio ab Vsserio, Vignolio, Kohlreiffio, Bengelio declarata est *:

GEORG. HENRIC. KANTZII *kurtzer begrief des biblischen chronologischen systems von 6000. iahren, nemlich von erschaffung der welt, bis ins iahr christi 1862. als an dem anfange des tausendiährigen sabbaths in einem tausendiährigen reiche*, cum praefatione *Paulli Ernesti Iablonkii*, Francofurti ad Oderam MDCCL. 8. Quod in libro hoc exhibetur, systema chronologiae sacrae nititur cum apocalypsi Ioannis, vbi clauem omnis chronologiae veteris ac noui testamenti reperiri, auctor putat; tum opinione de regno mille annorum exspectando: **

IOANN. KENNEDY *a new method of stating and explaining the scripture chronology, upon Mosaic astronomical principles, mediums and data, as laid down in the pentateuch*, Londin.

* *bibliotheque. raisonnée tom.* XXV. p. 63. *acta erudit.* MDCCXLII. p. 111. *samlung von alten vnd neuen theol. sachen*, 1740. p. 441.
** *nachrichten von den neuesten theol. buchern, volum.* I. p. 456.
*** *acta erudit.* MDCCXLIX. p. 174. *saml. von alten vnd neuen theol. sachen*, 1745. p. 271.
* *samlung von alten vnd neuen theol. sachen*, 1742. p. 367.
** KRAFFTII *theolog. bibliotb. volum* VII. p. 858.

Londini MDCCLII. 8.* quo libro auctor in eo quidem omnem operam posuit, vt sacram temporum rationem adcurate definiret; sequutus autem principia neque satis probata; neque supra omnem dubitationem posita, harum rerum peritis non satis fecit. Prodierunt aduersus illum: *remarks on the reu. mr. Kennedy's scripture chronology, pointing out some difficulties in that learned and ingenious gentleman's scheme*, Londini MDCCLV. 8.**

CHR. MATTH. MOELLINGII *entwurf einer chronologie der heiligen schrift von anfang der welt bis auf die zerstreuung des iudischen volks*, Halae MDCCLIII. 8.

Iam memorati scriptores ad vniuersam chronologiam sacram eo consilio accesserunt, vt illi lucem adferrent ac difficiliora eius capita explanarent; alii autem in singularibus eiusdem argumentis versati sunt. Quum chronologia codicis ebraei multum ab ea discrepat, quae habetur apud septuaginta interpretes, disputatum est, qualis vtriusque sit dignitas quaeue debeat praeferri. Nonnulli calculum septuaginta interpretum sequuti sunt eique non solum; sed etiam profanis scriptoribus maiorem auctoritatem tribuerunt; quam chronologiae codicis ebraei. In horum numero sunt:

ISAAC. VOSSIVS, cuius prodiit: *dissertatio de vera aetate mundi, qua ostenditur, natale mundi tempus annis minimum* MCCCCXL. *vulgarem aeram anticipare*, Hag. comit. MDCLIX. 4. In dissertatione hac, tempus conditi mundi ex codice graeco septuaginta interpretum definiendum esse, aliis persuadere voluit, huncque ebraeo praetulit; multi autem fuerunt, qui ei resisterent. Locum in illis sibi fecit GEORG HORNIVS, quippe qui in lucem emisit: *dissertationem de vera aetate mundi, qua sententia illorum refellitur, qui statuunt, natale mundi tempus annis minimum* MCCCCXL. *vulgarem aeram anticipare*, Lugduni Batauorum MDCLIX. 4. VOSSIVS, vt sententiam suam defenderet, in lucem emisit: *castigationes ad scriptum Georgii Hornii de aetate mundi*, Hagae comitum MDCLIX. 4. ac quum HORNIVS isti opposuisset: *defensionem dissertationis de vera aetate mundi contra castiga-*

* BAVMGARTENII *nachrichten von merckwürdig. büchern, volum* IX. p. 172.

** *ibidem* p. 176.

castigationes Isaaci Vossii, qua ebraa biblia eorumque authentica et incorrupta veritas contra obiectiones ex LXX. *interpretibus, Samarit. Iosepho, Chaldæis, Aegyptiis, Sinensibus adseruntur*, Lugduni Batauorum MDCLIX. 4. pro caussa sua scripsit: *auctarium castigationum ad scriptum de ætate mundi*, Hagæ comitum MDCLIX. 4. HORNIVS autem iuris publici fecit: *auctarium defensionis pro vera ætate mundi*, Lugduni Batauorum MDCLIX. 4. Referri et huc possunt: VOSSII huius: *dissertationes de* LXX. *interpretibus eorumque tralatione et chronologia*, Hagæ comitum MDCLXI. 4. et Londini MDCLXV. 4. vna cum eiusdem *adpendice ad librum de* LXX. *interpretibus; seu responsionibus ad obiecta variorum theologorum*, Hagæ comitum MDCLXIII. 4. Præter multos alios, sententiam eius de versione septuaginta interpretum impugnauit RICHARD. SIMON *, ac postquam VOSSIVS ediderat: *responsionem ad obiecta nuperæ criticæ sacræ*, Lugduni Batauorum MDCLXXX. 8. ** *disquisitionibus criticis de variis, per diuersa loca et tempora, bibliorum editionibus* adiunxit: *castigationes theologi cuiusdam parisiensis ad opuscula Isaaci Vossii de sibyllinis oraculis et eiusdem responsionem ad obiectiones nuperæ criticæ sacræ*, Londini MDCLXXXIV. 4.

PAVLL. PEZRONIVS, qui Isaacum Vossium sequutus, itidem pro chronologia græca septuaginta interpretum pugnauit in libro, cuius inscriptio est: *l'antiquite des temps retablie et defendue contre les iuifs et les nouueaux chronologistes*, Parisiis MDCLXXXVII. 4.*** Amstelodami MDCLXXXVII. 8. Auctoritatem tamen, qua codex ebræus præ interpretatione græca pollet, doctissimi viri contra istum defendendam merito susceperunt, inprimis IO. MARTIANAEVS in *defense du texte hebreu et de la chronologie de la vulgate*, Parisiis MDCLXXXIX. 8. ac MICHAEL LEQVIEN in *defense du texte hebreu contre le liure de dom Paul Pezron de l'antiquité des temps*, Parisiis MDCXC. 12.*

Contra

* *histoire critiqu. du vieux testament*, *libr.* II. *cap.* 4. p. 202.

** est in eius *libro variarum obseruationum* p. 295.

*** BAELII *nouuelles de la republiqu. des lettres* MDCLXXXVII. *iun.* p. 639. *acta eruditorum* MDCLXXXVII. p. 465. 529. *iournal des sauans* MDCLXXXVII. p. 107.

* *acta erudit.* MDCXCI. p. 162.

Contra hostes hos caussam suam agere voluit PEZRONIVS in *defense de l'antiquité des temps, ou l'on soutient la tradition des peres et des eglises contre celle du talmud, et ou l'on fait voir la corruption de l'hebreu des iuifs*, Parisiis MDCXCI. 4.* At vero, quod coeperant, in certamine aduersarii progressi sunt atque arma sua iterum contra Pezronium adhibuerunt, MARTIANAEVS in *continuation de la defense du texte hebreu et de la vulgate par la veritable tradition des eglises chretiennes et par toutes sortes d'anciens monumens hebreus, grecs et latins*, ceter. Paris. MDCXCIII. 12. LEQVIEN autem in libro, cuius titulus est: *l'antiquité des temps detruite, ou reponse a la defense de l'antiquite des temps*, Parisiis MDCXCIII. 12.** Ad PEZRONII scripta chronologica, nunc commemorata, pertinet etiam eius: *canon chronologicus iuxta* LXX. *interpretum, ecclesiarum orientalium et primitiuorum patrum supputationem*, qui accessit ad IO. DOMINIC. MVSANTII *facem chronologicam ad omnigenam historiam sacram et profanam*, quae lucem adspexit Leodii MDCXCV. et auctior Mogunt. MDCCVII. 12.***

IO. MARSHAMVS, cuius *canon chronicus aegyptiacus, ebraicus, graecus et disquisitiones*, prodierunt primum Londini MDCLXXII. fol. quae editio rarior in ipsa Anglia perhibetur: deinde Lipsiae MDCLXXVI. 4. cum praefatione *Otton. Menckenii*, qua variae Marshamii opiniones, maxime de ritibus, ab Aegyptiis ad gentem ebraeam translatis, notantur, ac Franeckerae MDCXCVI. 4.* Liber hic magnam auctoris eruditionem ostendit; minus autem omnibus se commendauit, quia fabulis ac commentis Aegyptiorum, non sine credulitate, fides tributa ac dynastias, quae apud illos cele-

B 4 bran-

* *iournal des sauans* MDCXCII. p. 25. 36.

** de controuersia hac vide: *relation de la dispute de l'auteur du liure de l'antiquité des temps, contre le defenseur du texte hebreu et de la vulgate*, Parisiis MDCCVII. DV PIN in *nouuell. bibliothequ. des auteurs ecclesiastiqu. tom* XIX. p. 156. seqq. et adde: *memoir. de Treuoux* MDCCVII. *iul.* p. 1271. et NICERONII *memoir. tom* I. p. 180.

*** *iournal des sauans* MDCCVIII. *septembr.* p. 428.

* NICERONII *memoir. tom.* XXII. p. 196. LILIENTHALII *biblisch exegetisch. bibliotb.* p. 180.

brantur, cum codicis sacri chronologia conciliandi, inepta ratio adhibita est. Adfirmantur ea, quæ ne vllam veritatis speciem præ se ferunt; immo scripturæ diuiniori eiusque auctoritati repugnant. Mirum igitur non est, Marshamum a doctissimis viris confutatum fuisse, inprimis a IACOB. PERIZONIO in *ægyptiacarum originum et temporum antiquissimorum inuestigatione, in qua Marshami chronologia funditus euertitur*, Lugduni Batau. MDCCXI. 8. Falsam eius opinionem de septuaginta Danielis hebdomadibus, eas non ad christum spectare; sed cum Antiocho Epiphane finiri, impugnarunt: IO. CHRISTOPHOR. WAGENSEILIVS in *mantissa ad tela ignea satanæ de septuaginta hebdomadibus Danielis, aduersus Marshami nouam earumdem interpretationem:* CAMPEG. VITRINGA* atque alii. Ante *canonem chronicum* MARSHAMVS edidit: *diatribam chronologicam*, Londini MDCXLIX. 4. eaque in principales difficultates inquisiuit, quæ cum chronologia veteris testamenti coniunctæ sint. Pleraque, ibi tradita, postea in dictum *canonem* translata fuerunt:

IO. HARDVINVS, itidem inter eos referendus, qui in explananda temporum ratione codicem ebræum negligunt ac riuulos, minus puros, consectari malunt; quam ipsos fontes. Exposuit luci publicæ: *chronologiam veteris testamenti, ad vulgatam versionem exactam et nummis antiquis illustratam*, Parisiis MDCXCIX. 4. ** atque ea quoque ingenium suum, ineptis opinionibus addictum, prodidit. Posuit fundamentum chronologiæ sacræ, maxime ruinosum, auctoritatem videlicet sic dictæ versionis vulgatæ, ac codicem ebræum reiecit. Ex numero profanorum scriptorum tantum Herodotum ac Plinium adiunxit, vna cum nummis quibusdam antiquis, quorum constans sit consensio cum duobus libris Maccabæorum, horumque suffragio etiam ad annos regum Iudæ atque Israelis intelligendos vsus est. Subsidiis his instructus, contulit se ad chronologiam veteris testamenti illamque ad euersionem templi sub Vespasiano perduxit.

* *libr.* VI. *obseruation. sacrar. cap.* I. seqq. p. 233.

** *acta eruditor.* MDCC. p. 180. SIKII *bibliotheca librorum nouorum tom.* V. p. 456. Est quoque *chronologia* hæc in *operibus* eius *selectis*, quæ Amstelodami MDCCIX. fol. prodierunt, p. 513.

perduxit. Oppoſuit ſe iſti MATVRINVS VEYSSIERE 'LA CROZE in *vindiciis veterum ſcriptorum*, Roterodami MDCCVIII. 12. quibus addita eſt: ALPHONS. VIGNOLII *epiſtola chronologica*. In ea Harduini ſyſtema refellitur ex aſtronomicis obſeruationibus: ex faſtis marmoreis, conſularibus: ex catalogis archontum athenienſium: ex menſibus atticis. Pugnauit quoque contra eum CORNEL. DIETERIC. KOCHIVS in *ſtricturis theologicis in Ioannis Harduini opera ſelecta*.

Alii ab his merito diſſentiunt ac recte exiſtimant, non verſionem ſeptuaginta interpretum; ſed codicem ebræum ſequendum ac ſi auctores profani a ſcriptura ſacra diſcrepent, operam in eo collocandam eſſe, vt iſti cum hac coniungantur; aut emendentur. Ita de chronologia biblica iudicarunt ac commentati ſunt:

MATTH. WASMVTHVS, qui ad id cogitationes ſuas contulit, vt fundamenta chronologiæ ex codice ebræo ſumeret ac cum iſto rationes aſtronomicas conciliaret. Eam in rem ad publicum vſum transtulit: *annalium cæli et temporum reſtitutorum*; *ſiue operis aſtro-chronologici, cum nouis tabulis motuum perpetuis et organo reuolutionum harmonico ab origine mundi*, *libris* VII. *edendi ſciagraphiam rerum et ordinis*, Kilon. MDCLXXXIV. fol. * Opus ipſum poſt auctoris mortem lucem quidem adſpexit, ſub titulo: *nouum opus aſtro-chronologicum*, Kilonii MDCXCII. fol. ita tamen comparatum, vt ſolas tabulas complectatur, in quinque claſſes diuiſas, ac commentario, ab auctore promiſſo, careat, quem iſtum ne cœpiſſe quidem ſcribere, nonnulli ſuſpicantur. SAMVEL REYHERVS *introductionem in tabulas chriſtianas* præmiſit, cuius paullo poſt ſigillatim mentionem faciam. Diuerſæ ſententiæ de opere hoc Waſmuthi latæ ſunt. Alii id multum laudarunt; alii autem, ſe illud non magni æſtimare, prodiderunt. Ac certe Waſmuthus ſe, hypotheſibus ſuis nimis addictum, præbuit; nec res veterum, certo tempori recte adſignandas, tali diligentia, qualem iſtæ poſtulant, expendit: **

* *acta eruditor.* MDCLXXXVI. p. 34.

** MOLLERI *Cimbr. litterat. tom.* III. p. 623. 639. 640.

SAMVEL REYHERVS, quem Wafmutho adiungo ob iam memoratam *introductionem in* illius *tabulas chronologicas christianas*, vbi fundamentum chronologiæ huius tam perspicue expositum est, vt qui vel leuiter artis numerandi peritus est, tabulas istas haud difficulter intelligere queat. Adpellantur tabulæ hæ *christianæ*, quoniam Christina, Sueciæ regina, sumtus suppeditauit: *

CHRISTIANVS RAVIVS in *vnica, vera et infallibili chronologia biblica*, quam antea quidem vna cum controuersia, de ista exorta, percensui; nunc autem iterum illam adduco, quia auctor defensoribus scripturæ sacræ codicisque ebræi, tamquam fundamenti chronologiæ, adnumerandus est; iis præcipue, qui scriptoribus superstitiosis minus, quam decet, hac in caussa tribuunt:

IO. MEYERVS dissertatione de *codice et calculo ebræo, præferendo samaritano et græco:* **

ROBERTVS CLAYTONVS, cuius in lucem exiit: *the chronology of the hebrew bible, vindicated*, Londini MDCCXLVII. 4. liber, pro codice ebræo in re chronologica ita scriptus, vt erudite ostendatur, versionem græcam septuaginta interpretum esse corruptam; nec in temporum ratione determinanda veluti normam adhiberi posse: ***

SIMON FRIDERIC. RVESIVS, cuius exstat: *beweis, daß die zeitrechnung der ersten welt aus dem hebræischen texte heiliger schrift müsse angenommen werden*, MDCCXLVIII. 4. vbi græca, samaritana atque aliæ temporum rationes antiquarum gentium confutantur; ebræa autem stabilitur: * Adde: *eclaircissemens sur la chronologie des septante et sur celle du texte hebreu:* **

RENATI IOSEPHI TOVRNEMINII *conjecture sur l'origine de la difference du texte hebreu, de l'edition samaritaine et de la version des septante, dans*

* *ibidem tom.* II. p. 722.

** in eiusdem *prolegomenis in seder olam; siue chronicon ebræorum* p. 206

*** *bibliotheque raisonnée tom.* XL. p. 439. KRAFTII *theolog. biblioth. volum.* IV. p. 326.

* KRAFTII *theolog. biblioth. volum.* IV. p. 85.

** in *memoir. de Treuoux* MDCCXLIII. *april.* p. 720.

dans la maniere de compter les années des patriarches *, vna cum *examen de la coniecture du P. de Tournemine, auec la reponse de celuici a cet examen* ** ac *defense du nouueau systeme de chronologie du P. Tournemine.* ***

Alii partibus quibusdam chronologiæ sacræ illustrandis operam dederunt, illi nimirum, quæ ad patriarchas pertinet, cuiusmodi labore perfuncti sunt: IO. BAPTIST. RICCIOLVS et RENATVS IOSEPH. TOVRNEMINIVS in dissertationibus de *annis patriarcharum:* * IO. HENRIC. HEIDEGGERVS in *historia patriarcharum*, qui non solum difficultates chronologicas, quæ ad historiam hanc spectant, tollere studuit; sed etiam *chronologiam sacram patriarcharum* adiecit. In NICOLAI GVRTLERI *originibus mundi*, Amstelodami MDCCVIII 4. annorum series a mundo condito vsque ad regnum Saulis exhibentur. Origines monarchiarum antiquissimarum, quæ in sacris litteris commemorantur, indagarunt: HERMANNVS CONRINGIVS in *aduersariis chronologicis de Asia et Aegypti antiquissimis dynastiis*, Helmstadii MDCL. 4. ** IACOB. PERIZONIVS in *originibus babylonicis et aegyptiacis*, Lugduni Batauor. MDCCXI. 8. ad quæ scripta adiungi possunt: CASPAR. ABELII *historia monarchiarum orbis antiqui, quæ sub assyriaca nomine vulgo comprehendi solent*, Lipsiæ MDCCXV. 8. ac LVCAE CVPERI *paratitla chronologiæ et historiæ sacræ, a mundo condito vsque ad τὴν ἔξοδον israelitarum ex Aegypto*, Amstelodami MDCCXXI. 8. *** qui quum animum induxisset, chronologiam et historiam vetustam interpretari, quam scripturæ præcipue diuinæ tradiderunt, in persuasionem venit, istam simul in OVIDII libris *metamorphoseon adumbratam esse*, atque vtilem operam suscipi, existimauit, si chronologia sacra cum profana eaque ouidiana curatius comparetur. Con-

* *memoir. de Treuoux* MDCCIV. *ianuar.* p. 41.
** *ibidem august.* p. 85.
*** *ibidem* MDCCVI. *august.* p. 1396.
* vide MENOCHII *commentar. in sacr. scriptur. tom.* II. p. 388. edit. Venet. MDCCXXII.
** scriptum hoc translatum est in GRAEVII *syntagma variar. dissertationum* p 138.
*** *acta erudítor.* MDCCXXII. p. 208.

Conſtat inprimis, quam difficiles ſint temporum rationes in hiſtoria ſacra iudicum ac regum iſraelis, in quibus explanandis iidem doctiſſimi viri ſtudia ſua poſuerunt. THEODORI VAN THUYNEN edidit: *computum temporum a diluuio vsque ad reditum populi iudaici ex captiuitate babylonica*, ſermone belgico MDCCXII. 4. ac priore parte ex numeris ſacris oſtendit, integrum temporis ſpatium, a diluuio vsque ad dictum reditum, annos MMCCXLIV. complecti; in poſteriore vero numerandi hæc ratio cum ſcriptoribus profanis, Aegyptiis, Tyriis, Chaldæis, maxime Herodoto ac Cteſia conciliatur. Prodierunt etiam: FRANCISC. FABRICII et IACOB. PERIZONII *epiſtolæ* de chronologia CCCCL. annorum iudicum iſraelitarum: * RENATI IOSEPHI TOURNEMINII diſſertatio de *chronologia regum iuda et iſrael:* ** FERDINAND. GUIL. BEERII *richtige vereinigung der regierungs - iahre, welche die heilige ſchrift den königen von Iuda und Iſrael beyleget, wodurch die bisherigen ſchwierigkeiten in dieſem ſtucke gänzlich wegfallen: die hiſtoriſche gewisheit der heiligen ſchrift unwiderſprechlich dargethan und die übereinſtimmung der weltlichen geſchichte mit derſelben gezeiget wird*, cum tabulis chronologicis, Lipſiæ MDCCLI. 8. Exſtant eiusdem: *abhandlungen zur erlauterung der alten zeitrechnung und geſchichte*, tribus partibus, quarum prima Lipſiæ MDCCLII. 8. in lucem exiit hancque reliquæ ſequutæ ſunt, itidem cum tabulis chronologicis. Addendæ ſunt: ION. CONR. SCHRAMMII *chronologia regum Iſraelis reſtituta:* HENR. GOTTLIEB. REIMII diſſertationes de *harmonia vitæ Dauidis*: de *harmonia vitæ Salomonis:* de *harmonia vitarum Rechabeami*, *Abiæ atque Aſæ:* de *harmonia vitæ Ieboſchapati*, *regis Iudæ*: de *numero annorum regiminis iudicum atque Saulis*, *regis iſraelitarum primi:* de *harmonia vitæ Iorami*: de *harmonia vitæ Achaſiæ:* de *harmonia vitarum Ioaſi et Amaziæ*, quas Ienæ ab anno MDCCX. publicæ luci expoſuit. In explicandis

LXX

* additæ ſunt FRANC. FABRICII *chriſtologiæ noachic. et abraham.* p. 661.

** vide MENOCHII *commentar. in ſacram ſcriptur. tom.* II. p. 409. edit. Venet. MDCCXXII.

LXX. hebdomadibus Danielis permulti ingenia sua exercuerunt atque ex temporis ratione, ibi significati, contra iudaeos grauiter diligenterque probarunt, iesum nazarenum verum esse messiam. Spectant huc: ALEXANDR. SOSTMANNI *commentarius in oraculum Danielis de* LXX *hebdomadibus*, Lugduni Batau. MDCCX. 4. HIERONYMI SIM. VAN ALPHEN *commentarius in Danielis caput IX.* Amstelodami MDCCXVI. 4. belgice editus: IOSEPHI MEDI *cogitationes super hebdomadas Danielis*, Cantabrigiae MDCXXXIV. IO. CHRISTOPH. WAGENSEILII *commentatio de* LXX. *hebdomadibus* aduersus Marshamum, quae est in eius *mantissa telorum igneorum satanae:* IACOB. MARIAE AYROLI *liber LXX. hebdomadum resignatus*, Romae MDCCXIII. 8. BENEDICT. GOTTLIEBII CLAVSWITZII *abhandlung von den siebenzig wochen Danielis*, * ac plura alia, nunc praetermittenda, monimenta, vna cum illis, quibus data occasione de oraculo Danielis expositum est, ac dissertationibus CALIXTI, CALOVII, DORSCHEI, BRINCHII, HELVICI, FRISMVTHI, STRAVCHII atque aliorum eruditissimorum virorum, de argumento hoc, quoniam generis huius scriptores, si non maiori; eodem tamen iure locum suum inter interpretes sacri codicis tuentur. **

Alia monimenta pertinent ad chronologiam *noui testamenti*, quae itidem vel *generalia* sunt; vel *specialia*. In illis generatim res, in ciuitate christiana aetate posterioris foederis gestae, ad tempora sua relatae fuerunt, vti in BARONII *annalibus ecclesiasticis* ac, quibus opus hoc continuatum est, scriptis: in TILLEMONTII *memoires pour seruir a l'histoire ecclesiastique:* PAGII *critica historico-chronologica in annales Baronii:* BASNAGII *annalibus politico-ecclesiasticis* atque aliis huiusmodi operibus: in IACOBI GRANDAMI-

* exstat in BAVMGARTENII *samlung von erlauterungs-schriften zur allgemeinen welthistorie, part.* I. p. 115.

** scripta de septuaginta hebdomadibus Danielis enarrant: LAMPE *praefatione*, qua HOTTINGERI *pentadem dissertationum biblico-chronologicar.* ornauit: FABRICIVS *syllabo scriptorum de veritate religionis christian. cap.* XXXI. p. 591. LILIENTHALIVS in *dem biblischen archiuario der heiligen schrift alten testaments* p. 840. CARPZOVIVS *introduction. in libros canonic. veter. testament. part.* III. p. 267.

DAMICI *chronologia christiana de christo nato et rebus gestis ante et post eius incarnationem*, vsque nimirum ad seculum XVI. Parisiis MDCLXIX. in IACOBI GAVLTERI *tabula chronographica status ecclesiæ catholicæ*, *a christo nato ad annum* MDCXIV. *gallice primum scripta*, *postea latina facta et multis additamentis locupletata*, Lugduni MDCXVI. fol. Quæ adpellaui *specialia*, in iis singularia historiæ ecclesiasticæ capita chronologica tradita atque explanata sunt, de annis christi atque apostolorum: de temporibus variarum rerum, quæ apud christianos peractæ fuerunt atque euenerunt. Qualia ista sint, patebit ex illis, quæ postea in commemoratione scriptorum historiæ ecclesiasticæ noui testamenti suppeditabo.

§. IIII.

Præter chronologiam, *geographia* iis adiumenta adfert, qui studio historiæ sacræ addicti sunt, ac viam ad adcuratiorem illius cognitionem parat. Est ista vel *sacra;* siue *biblica*, quæ loca, in scripturis diuinis memorata, describit ac notitiam eorum suppeditat; vel *ecclesiastica*, quatenus illa per patriarchatus, metropoles, archiepiscopatus et episcopatus distinguitur. Vtraque in hoc litterarum genere insignem præbet vtilitatem ac multa suppetunt monimenta, quibus ista tradita atque illustrata est.

Librorum, qui studio geographiæ *sacræ* inseruiunt, magnus est numerus, ac si ad istorum argumenta ac tractandi rationem animum aduertimus, ea est eorum varietas, vt alii ad geographiam sacram, generatim sumtam; alii autem ad singulares illius partes pertineant. Vtriusque generis sunt scripta, quorum commemoratio nunc sequitur:

EVSEBII, qui inter veteres primus geographiæ biblicæ lucem adtulit, liber *περὶ τῶν τοπικῶν ὀνομάτων ἐν τῇ θεία γραφῇ*, *de nominibus locorum et vrbium in sacra scriptura*. Recensuit in isto nomina dictorum locorum ordine litterarum: eorumdem situm ac quomodo ætate eius adpellarentur, explicuit. In indice hoc ab Eusebio alia omissa; alia, quum is linguæ ebrææ ignarus esset ac versionem

ſionem ſeptuaginta interpretum ſequeretur, vitioſe poſita ſunt. HIERONYMVS monimentum hoc in ſermonem latinum transtulit; ita tamen, vt multa detraheret, adderet, mutaret. Per longius tempus interpretatio hæc ſola lecta; nec liber prius græce lucem vidit, quam quum IACOBVS BONFRERIVS ad iſtum græce emittendum manus admoueret ac laudabilem operam adhiberet. Emendauit Euſebium ex Hieronymo et hunc ex illo: faciliori ordine omnia digeſſit: nouam compoſuit verſionem: inſignes adnotationes, ſupplementa, tabulam chorographicam Palæſtinæ adiecit atque operi huic eam conciliauit dignitatem, vt inter volumina geographiæ ſacræ princeps habeatur. Præmiſſum eſt commentariis eius in *Ioſuam*, *iudices et Ruth*, Pariſiis MDCXXXI. atque iterum MDCLIX. fol. ac titulum præfert: *onomaſticon vrbium et locorum ſacræ ſcripturæ; ſeu liber de locis ebraicis, græce primum ab Euſebio cæſarienſi: deinde latine ſcriptus ab Hieronymo; in commodiorem vero ordinem redactus: variis additamentis auctus notisque et tabula geographica Iudææ illuſtratus.* Poſt Bonfrerium de libro hoc bene meritus eſt IO. MARTIANAEVS. Exhibuit enim iſtum græce, ad exemplum manuſcriptum denuo recenſitum, cum Hieronymi latina interpretatione, ad codices manu exaratos caſtigata; omiſſis tamen Bonfrerii notis, in HIERONYMI *operibus*, * ab eo editis. Denique IO. CLERICVS curauit, vt integrum opus, a Bonfrerio editum, adcurate ac nitide litterarum formis iterum deſcriberetur; nec ſolum animaduerſiones; ſed etiam BROCARDI, monachi ex ordine prædicatorum, *deſcriptionem terræ ſanctæ* addidit, Amſtelodami MDCCVII. fol. **

HENRICI BVNTINGII *itinerarium biblicum; oder reiſebuch vber das ganze alte vnd neue teſtament*, quod dua-

* *tomo* II. Pariſiis MDCXCIX. edito.

** *iournal des ſauans* MDCCVII. *nouembr.* p. 218. *memoir. de Trevoux* MDCCX. *octobr.* p. 1694. CLERICI *bibliotheq. choiſ. tom.* XIII. p. I. BERNARDI *nouuelles de la republiqu. des lettres* MDCCVIII. *iun.* p. 626. *acta erudit.* MDCCVII. p. 529. *noua litterar. hamburg.* MDCCVII. p. 307. Translatus eſt liber hic in VGOLINI *theſauri antiquitatum ſacrarum volumen* V. ibique primum locum obtinuit. De ipſo BONFRERII opere adde CLEMENT *bibliotheque curieuſe, hiſtorique et critique, tom.* V. p. 71.

duabus partibus lingua germanica ſæpius prodiit multumque ſe commendauit. Adſpexit enim lucem Helmſtadii MDLXXXI. MDLXXXV. fol. Magdeburgi MDXCVII. MDC. MDCXVI. fol. Lipſiæ MDCXXXVII. fol. Brunſuigæ MDC XXXVIII. fol. Magdeburgi MDCCXVIII. fol. cura *Io. Georgii Leuckfeldii*, qui librum hunc non ſolum adnotationibus illuſtrauit atque auxit; ſed etiam commentationem de vita auctoris adiecit; item Erfordiæ MDCCLII. MDCCLVII. 4. Conuerſum fuit opus hoc in ſermonem latinum atque in lucem exiit ſub titulo: *itinerarium et chronicon totius ſacræ ſcripturæ*, Vitembergæ MDLXXXVII. Magdeburgi MDXCVIII. fol. Memoratur præterea belgica illius interpretatio, Amſtelodami MDCV. MDCXLII. 4. edita: *

CHRISTIANI ADRICHOMII *theatrum terræ ſanctæ et biblicarum hiſtoriarum, cum tabulis geographicis*, Colon. Agrip. MDXC. MDXCIII. MDC. MDCXXIII. MDCXXVIII. MDCLXXXII. fol. quod comprehendit geographiam terræ ſanctæ: deſcriptionem vrbis Hieroſolymorum ac chronologiam a mundi origine vsque ad mortem Ioannis euangeliſtæ. Auctor maxime Brocardum ſequutus eſt, ac quamuis linguæ ebrææ ac ſcripturæ ſacræ non ſatis fuerit peritus hancque ob cauſſam varia vitioſe tradiderit, ab eruditis viris poſtea emendata; opus tamen omni laude, qua ornatur, dignum eſt, certe ſi id ex ſua ætate æſtimatur. ** PHILIPPI BRIETII *parallela geographiæ veteris et nouæ*, Pariſiis MDCXLVIII. 4. tribus voluminibus, ex Adrichomio ſumta ac, omiſſo illius nomine, edita eſſe, relatum legimus. Quæ in *theatro* hoc exſtat, deſcriptio Hieroſolymorum antea ſeparatim ab ADRICHOMIO iuris publici facta eſt, hac inſcriptione: *vrbis Hieroſolymæ, quemadmodum tempore chriſti floruit, et ſuburbanorum inſigniorumque hiſtoriarum eius breuis deſcri-*

* LILIENTHALII *bibliſch exegetiſch. bibliothec.* p. 183. HEINECCII *antiquitat. goslarienſ.* p. 545. REIMMANNI *catalog. bibliothec. theolog.* p. 287.

** BONFRERII adnotationes in ADRICHOMII *deſcriptionem terræ ſanctæ* exſtant: in WALTONI *bibliis poglyglottis tom.* I. p. 48. eiusdem *adparatu biblico* p. 109. MENOCHII *commentar. in ſacr. ſcriptur. tom.* II. in *adpendic.* p. 266. VGOLINI *theſaur. antiquitatum ſacrarum tom.* V. p. 382.

scriptio, Colon. Agripp. MDLXXXIV. MDLXXXVIII. MDXCII. 8. quae rara est editio, atque a *Vincentio Gomezio* hispanice reddita, Valent. MDCIII. ac MDCXX. 8. italice autem cura *Baldelli* Florent. MDXCIII. 8. *

CHRISTOPHOR. HEIDMANNI *Palaestina; siue terra sancta*, Helmstadii MDCXXV. MDCXXXIX. 8. Guelpherbyt. MDCLV. 4. a Bunone quatuor tabulis ex Adrichomio aucta, terrae videlicet sanctae, Iudaeae, Galilaeae, Samariae; item cum SPANHEMII *auctario* MDCXC. 4. quo libro breuis quidem; erudita tamen atque adcurata Palaestinae descriptio continetur, quae cultoribus geographiae sacrae vtilitatem adfert: **

FRANCISCI QVARESMII *elucidatio terrae sanctae historica, theologica et moralis*, Antuerpiae MDCXXXIX. fol. duobus tomis, quae referri quidem solet inter libros geographiae sacrae; describitur autem ista non tam antiquior; quam recentior Palaestina, in vsum praecipue franciscanorum. Non magnae laudis est atque existimationis; locum tamen habet inter scripta rariora: ***

NICOLAI SANSONIS *geographia sacra, ex veteri et nouo testamento desumta et in tabulas quatuor concinnata. Additae sunt: descriptio terrae Canaan; siue terrae promissae: iesu christi et apostolorum, Petri et Paulli, vitae; tum et in omnes eas tabulas et descriptiones, animaduersiones et index geographicus.* Opus hoc, postquam Parisiis MDCLXV. lucem adspexerat, iterum litteris descriptum est, Amstelodami MDCCIV. fol. huicque editioni studio *Io. Clerici* varia accesserunt, quae illam splendidiorem atque in geographia sacra vtiliorem reddunt. Sanson ipse egregiam operam praestitit; quum autem laborem hunc susciperet. linguae ebraeae ac graecae atque aliarum rerum, quae ad disciplinam hanc geographicam pertinent, notitia non satis instructus, fieri

* FABRICII *histor. bibliothec. part.* II. p. 371. NICERONII *memoires tom.* XXVIII. p. 241. seq. CRENII *animaduersion. part.* XV. p. 101. CLEMENT *bibliothequ. curieuse, historique et critique, tom.* I. p. 57. LILIENTHALII *biblisch · exegetisch. biblioth.* p. 182. WIDEKINDI *verzeichnis von raren buchern* p. 27.

** FABRICII *histor. biblioth. part.* V. p 197.

*** *samlung von alten und neuen theol. sachen*, 1723. p. 719. FREYTAGII *analecta litteraria de libris rarioribus* p. 732.

fieri aliter non potuit, quin interpretationem vulgatam sequendo, multa vrbium nomina praue scriberet ac saepe animaduerteret a veritate historiae aliena. Ostendit hoc CLERICVS *notis* in illius *indicem geographicum;* nec solum praecipuos errores emendauit; sed etiam addidit, vnde plura ac meliora peti possint. Praemisit etiam praefationem eaque auctores recensuit, qui Iudaeam descripserunt; aut ad illustrandam geographiam sacram aliquid adtulerunt: *

SAMVEL. BOCHARTI *geographia sacra, cuius pars prior Phaleg de dispersione gentium et terrarum diuisione, facta in aedificatione turris Babel; pars posterior Chanaan de coloniis et sermone Phoenicum agit, cum tabulis chorographicis,* Cadomi MDCXLVI. fol. et Francofurti MDCLXXXI. 4. cui editioni accesserunt auctoris epistolae duae: altera de quaestione: num Aeneas vmquam fuerit in Italia? altera de presbyteratu et episcopatu: de prouocatione a iudiciis ecclesiasticis: de iure et potestate regum. Post duas editiones has, tertia correctior ac splendidior cura *Petri de Villemandy* Lugduni Batauorum MDCXCII. fol. lucem vidit. Opus est, ex quo Bocharti, vti ex reliquis ipsius monimentis, summa atque admirabilis eruditio adparet: **

FRIDERICI SPANHEMII *introductio ad geographiam sacram,* Lugduni Batau. MDCLXXIX. 8. Traiect. ad Rhen. MDCXCVI. 8. quae non exiguam industriae atque adcurationis laudem meruit: ***

IO. LIGHTFOOTI *chronographica*, eius *horis ebraicis* et

* *acta eruditor.* MDCCV. p. 555. *memoir. de Treuoux* MDCCX. *nouembr.* p. 1862. *iournal des sauans* MDCCVII. *octobr.* p. 56. CLERICI *bibliotheque. chois. tom* II. p. 305. BERNARDI *nouvelles de la republiqu. des lettres* MDCCVIII. *iun.* p. 616. Liber his est quoque in VGOLINI *thesauro antiquitatum sacrarum, tom.* V. p. 440.

** exstat etiam in eiusdem *operum tomo* I. Addita est illius defensio contra Salmasium. confer *acta eruditor.* MDCXCIII. p. 97. FABRICII *histor. bibliothec. part.* II. p. 39. NICERONII *memoir. tom.* XXVII. p. 207.

*** translata est in eius *operum tomum* I. p. 1. sub inscriptione: *geographia sacra et ecclesiastica*, cum additamentis tabulisque geographicis.

et *talmudicis in quatuor euangelia* præmissa, quibus multa animaduertit, omni lectione digna: *

AVGVSTINI LVBINI *tabulæ sacræ geographiæ; siue notitia antiqua, medii temporis et noui nominum vtriusque testamenti, ad geographiam pertinentium*, MDCLXX. qui correxit quidem nonnulla, a Sansone haud recte tradita; quia autem fontes adire non potuit ac satis esse putauit, si versionem septuaginta interpretum sequeretur, ipse ea scripsit, quæ vitiosa sunt: **

HIERONYMI DICELII *heilige beschreibung der welt*, Lipsiæ MDCCIV. 8. vbi cum geographia sacra historia ecclesiastica coniungitur ac cuncta per quæstiones ac responsiones proponuntur: ***

EDVARDI WELLS *an historical geography of the old testament*, tribus voluminibus, quorum primum ac secundum Londini MDCCXI. tertium autem eodem loco MDCCXII. 8. in lucem prodiit. Exponitur in illis de locis, prouinciis, vrbibus, populis, quorum in libris diuinis veteris testamenti mentio fit, *Mosis* nimirum, *Iosuæ*, *iudicum*, *Ruthæ*, *Samuelis*, *regum*, *chronicorum*, ea commentandi ratione, vt geographica cum narratione rerum gestarum coniungantur atque argumenta quædam singulari industria enarrentur. Opus hoc orbi erudito satisfecit auctorque per illud ingenii sui existimationem auxit. * Eamdem laudabilem operam consecrauit geographiæ posterioris fœderis libro, cuius inscriptio est: *an historical geography of the new testament*. Prius ille lucem vidit, quam memorata *geographia veteris testamenti* ac litteris iterum descripta est Londini MDCCXII. 8. Priore eius parte seruatoris nostri iesu christi; posteriore

C 2 autem

* sunt in illius *operum tom.* II. p. 169. atque VGOLINI *thesauri antiquitatum sacrarum tomo* V. p. 860.

** præmissa est notitia hæc versioni vulgatæ, Parisiis MDCXCI. 4. editæ.

*** *acta erudítor.* MDCCIV. p. 281. Liber hic minus complectitur interpretationem germanicam SPANHEMII *geographiæ sacræ*, quemadmodum NICERONII *memoires tom.* XXIX. p. 16. traditur.

* BAVMGARTENII *nachrichten von merckwurdigen buchern, vol.* X. p. 337. *iournal litterair. tom.* IV. p. 80. *acta erudítor.* MDCCXIII. p. 276. *vnschuldige nachrichten*, 1713. p. 457.

autem apoſtoli Paulli itinera deſcribuntur atque illuſtrantur.* Vtrumque opus tabulæ geographicæ ornant:

HADRIANI RELANDI *Palæſtina, ex monimentis veteribus illuſtrata*, Traiecti Batauorum MDCCXIV. 4. et Norimbergæ MDCCXVI. 4. Inſigne opus hoc in tres libros diuiſum eſt, quorum *primus* de Palæſtinæ nominibus, ſitu, terminis, partitione, aquis, montibus ac campis agit: *ſecundus* interualla præcipuorum locorum exhibet: *tertio* ordine litterarum vrbes ac vici recenſentur cum vberiore explicatione. Veluti ſubſidia, Græcorum, Latinorum, Ebræorum, etiam Arabum ſcripta adhibita ac multa, quæ antea dubia vel falſa fuerunt, certa, ſaltem probabilia reddita ſunt:**

Traités geographiques et hiſtoriques, pour faciliter intelligence de l'ecriture ſainte, Hagæ Comit. MDCCXXX. 12. vbi variæ eruditorum virorum commentationes geographicæ, quæ ad codicem ſacrum illuſtrandum ſpectant, coniunctim exhibentur, HVETII de nauigationibus Salomonis: CALMETI de domiciliis veterum, praecipue Ebræorum: de regionibus, quas Cananæi, a Ioſua expulſi, occuparunt atque aliæ. Collegiſſe illas BRVZEN. MARTINIERIVM, auctorem *lexici geographici*, ex præfatione perſpiciendum eſt:***

ROBERTI *geographie ſacrée et hiſtorique de l'ancien et du nouueau teſtament, a la quelle on a ioint vne chronologie et des principes et obſeruations, pour l'intelligence de l'hiſtoire*

* BAVMGARTENII *nachrichten von merckwurdigen buchern*, *volum.* X. p. 347. *iournal literair. tom.* III. p. 304.

** *iournal des ſauans* MDCCXVI. *ianuar.* p. 64. *febr.* p. 123. *iournal literair. tom.* V. p. 50. *memoires de Treuoux* MDCCXVII. *febr.* p. 243. CLERICI *bibliothequ. ancienne et modern. tom.* II. p. 360. *acta erudítor.* MDCCXV. p. 1. *neuer bucherſaal der gelehrten welt, volum* IV. p. 305. *vnſchuldige nachrichten* 1714. p. 1004. *neue bibliſche biblioth. volum* VI. p. 352. *deutſche acta eruditor. volum.* III. p. 521. LILIENTHALII *bibliſch. exegetiſch bibliothec* p. 333. Locum obtinuit opus hoc in VGOLINI *theſaur. antiquitatum ſacrarum tomo* VI. p. 1. Scripſerunt: WALTHERVS *animaduerſiones ad Relandi geographiam*, quæ exſtant in eiusdem *animaduerſionibus hiſtor. et critic.* p. 217. et HARENBERGIVS *ſupplementum in Relandi recenſionem vrbium et vicorum Palæſtinæ*, in *miſcellan. lipſienſ. nou. volum.* IV. *part.* 3. p 465. *volum.* V. *part.* 2. p. 248. *part.* 3. p. 408.

*** *bibliothequ. raiſonnée tom.* IV. p. 166. *ſammlung von alten vnd neuen theolog. ſachen*, 1741. p. 195.

re sainte, auec plusieurs dissertations de Sanson et autres, cuius tomus primus Parisiis MDCCXLVII. 4. in lucem exiit. Scriptus est liber hic eo consilio, vt iuuenes, historiae sacrae studiosi, isto vtantur: *

Obseruationes philologicae et geographicae; siue geographiae sacrae specimen primum, quo vrbes ac regiones, quarum in sacris litteris fit mentio, breuiter describuntur iisdemque verus situs iustaque nomina redduntur, Amstelodami MDCCXLVII. 8. Auctor in eo elaborat, vt alios, inprimis Calmetum, emendet ac lacunas geographiae sacrae suppleat. Differit de Hierosolymis, de patria Eliae, de oppido Chebron, de regione Ophira, de patria Abrahami, de vrbe Eglaim atque aliis locis **. Addi possunt: DANIEL. HARTNACCII *biblische geographia*, Norimbergae MDCLXXXVIII. 4. ADAM. ERDMANN. MIRI *fragen aus der geographia sacra*, Lipsiae MDCCVI. 12. quae scripta non quidem existimationis sunt; tironibus tamen geographiae sacrae inseruire possunt.

Praeter iam memoratos, alii in describenda Palaestina operam posuerunt ac partim peregrinationes suas in illam enarrarunt, quos itidem consulere, cultori geographiae sanctioris conducit. Quaedam eiusmodi monimenta in LEONIS ALLATII *symmictis*, Amstelodami MDCLIII. 8. editis, leguntur: IOANNIS videlicet PHOCAE *compendiaria descriptio castrorum et vrbium ab vrbe Antiochia vsque Hierosolymam; nec non Syriae ac Phoeniciae et in Palaestina sacrorum locorum*: EPIPHANII *enarratio geographica Syriae, vrbis sanctae et sacrorum ibi locorum:* PERDICCAE Ephesii *Hierosolyma:* ANONYMI *enarratio locorum hierosolymitanorum*, quae omnia graece cum latina interpretatione ibi exstant; latine autem tantum accesserunt: *tractatus de distantiis locorum terrae sanctae* ac WILLEBRANDI AB OLDENBORG *itinerarium terrae sanctae*. His alia argumenti huius scripta subiungenda sunt eaque: BERNARDI DE BREYTENBACH *itinerarium hierosolymitanum in terram sanctam*, Moguntiae MCCCCLXXXVI. Spirae MCCCCXC MDII. fol. germanice ac belgice: *reise nach dem gelobten lande*, Moguntiae

 MCCCCLXXXVI.

* KRAFFTII *theolog. biblioth. volum.* III. p. 147.
** *acta erudit.* MDCCLII. p. 477.

M[illegible]. Francofurti M[illegible]. fol. * WOLFGANG. WEISSENBVRGII terrae sanctae descriptio. secundum ordinem litterarum composita. Argentor. M[illegible]. fol. ** BROCARDI descriptio terrae sanctae. quae primum prodiit Venetiis M[illegible]. 8. deinde Antverpiae MDXXXVI. 8. Magdeburgi M[illegible]. 4. cura *Reineri Reineccii*, cum BARTHOLOMAEI DE SALIGNIACO *** *itinerario hierosolymitano*. ac deinde IACOBI ZIEGLERI *Syria, Palaestina, Arabia, Aegyptus. Schondiae et Holmiae urbis excidii historia*. Argentorati M[illegible]. ac cum WEISSENBVRGII *descriptione terrae sanctae*. ibidem MDXXXVI. fol. IOANN. MANDEVILLE *itinerarium terrae sanctae*. Antverpiae M[illegible]. editus *: MICHAELIS AITSINGERI *terrae promissionis. topographice et historice descriptio*. Col. Agrip. M[illegible]. 4. ADAMANNI siue ADAMNANI libri tres de *locis terrae sanctae*, ex ore Arculphi. Galliarum episcopi atque ex Palaestina reducis. excepti quos primus iuris publici fecit *Iacob. Gretserus*, Ingolstadii M[illegible]. 4. deinde emendatiores IO. MABILLONIVS: ** BARTHOLOMAEI DE SALIGNIACO *itinerarium regionum terrae sanctae et finitimarum*, Magdeburgi M[illegible]. 4. MARTINI A BAVMGARTEN *peregrinatio in Aegyptum. Arabiam, Palaestinam et Syriam*, Norimb. MDXCIV. 4. IGNATII RHEINFELDII *beschreibung des gelobten landes*, Herbipol. MDCLXVII. 4. PETRI DELLA VALLE *reisebeschreibung in die orientalische lander*, Geneuae MDCLXXIV. fol. OLIVIER. DAPPERI *beschreibung Syriae vnd Palaestinae*, Amstelodami MDCLXXXI. fol. Norimberg. MDCLXXXVIII. fol. FELICIS BEAVGRANDII *relation de terre sainte*, Parisiis MDCC. 8. HENRIC. MAVNDRELLII *voyage d'Alep a Ierusalem*, Vltraiecti MDCCV. 8. CORNEL. DE BRVYN *voyage au Leuant* et alia generis huius scripta, quae si omnia percen-

* vide CLEMENT *bibliotheque curieuse, historique et critique*, tom. V. p. 222. et adde SERARIVM *rerum moguntinar. libro* V. p. 797. 813.

** FREYTAGII *analecta de libris rarioribus* p. 1081.

*** conf. FABRICII *bibliothec. latin. mediae et infimae aetatis. volum* I. p. [illegible]

* CELLARIVS *praefation.* ad SANSONIS *geograph. sacram* p. 10.

** *saecul.* III. *benedict. part.* II. p. 502.

percenserem, id nimis esset longum ac instituto meo repugnaret. Non sine vtilitate ac voluptate ista legenda esse, ab iis quoque, qui sacris litteris earumque rebus geographicis operam nauant, quisque facile fatebitur; inter tot tamen fabulosa atque incerta, arduum fere est, ex recentioribus itinerum auctoribus locorum, in scriptura diuiniore memoratorum, verum situm cognoscere. Nec omittendi sunt doctissimi viri, qui oblata occasione de argumento hoc exposuerunt, vti: BENEDICTVS ARIAS MONTANVS libris *antiquitatum iudaicarum*, quorum primus inscribitur: *Phaleg; siue de gentium sedibus primis:* secundus: *Chaleb; siue de terrae promissae partitione:* tertius: *Chanaan; siue de duodecim gentibus:* quartus: *Nehemias; siue de antiquae Ierusalem situ:* * ANDREAS MASIVS & IACOB. BONFRERIVS in *commentariis* suis ad *librum Iosua*: BRIAN. WALTONVS in *adparatu* ad *biblia polyglotta:* BERNARD. LAMY *commentario in concordiam euangelicam*, vbi *adparatum chronologicum et geographicum*; siue descriptionem Iudaeae et totius terrae Israel tempore christi exhibet **. Adiungi et possunt, qui generatim ad geographiam antiquam ita studia sua contulerunt, vt istam explanarent. Inter eos principem locum conciliauit CHRISTOPHORO CELLARIO praestantissimum opus eius, inscriptum: *notitia orbis antiqui*, cuius tomus prior Halae MDCCI. ac posterior eodem loco MDCCVI. 4. primam lucem vidit; postea autem illud iterum litteris descriptum fuit cum Cantabrigiae MDCCIII. 4. duobus voluminibus; tum Lipsiae MDCCXXXI. 4. adnotationibus IO. CONRAD. SCHWARTZII auctum. Complectitur id Asiam quoque antiquam ac cum hac Palaestinam. ***

Scripta, iam enumerata, spectant praecipue ad vniuersam geographiam sacram ac Palaestinam; siue terram sanctam. In aliis singularia argumenta geographiae huius pertractata sunt, vti in commentationibus ac dissertationibus: CHR. WAGNERI de *Vr Chaldaeorum*, Lipsiae MDCLXXXI.

* libri hi separatim prodierunt Antuerpiae MDLXXII. Lugduni Batau. MDXCIII. coniunctim cum aliorum monimentis *tom.* VI. *criticor. sacror.* p. 523.

** p 269.

*** *libr.* III. *cap.* 13. *tom.* II. p. 464.

CHRIST. BENEDICT. MICHAELIS de *Idumaea et eius antiquissima historia*, Halae MDCCXXXIII. PAVLLI ERNESTI IABLONSKI de *terra Gosen*, Francof. ad Oder. MDCCXXXV. IO. CHRISTOPH. WICHMANSHAVSENII de *Bethel et Bethauen*, Vitembergae MDCCVI. eiusdem de *nauigatione ophiritica*, ibidem MDCCIX. ac de *Aramaea sacra*, ibidem MDCCXI. IO. OLDERMANNI de *regione Ophir*, Helmstadii MDCCXIV. IO. ERNEST. MVLLERI de *Vtz, terra Iobi*, Lipsiae MDCLXXXVIII. IAC. CHR. ISELII de *Tyro et prophetarum de ea vaticiniis*, Basileae MDCCXVI. VRBAN. GOD. SIBERI de *Gaza, Palaestinae oppido, eiusque episcopis*, Lipsiae MDCCXV. ac de *Caesarea Palaestinae*, ibidem MDCCXXXIV. THEODOR. HASAEI de *Nephtalitide, patria apostolorum*, Bremae MDCCXXIV. IO. ADAM. AC. HERZERI de *Chorazin*, Lips. MDCLXXXII. CHR. FEVSTELII de *Bethphage*, Lipsiae MDCLXXXVI. IO. HENRIC. KRAVSII de *vrbe Bethlehem, loco christi natalitio*, Lipsiae MDCXCIX. Notitia hierosolymorum suppeditatur: in BARTHOLOM. DE SALIGNIACO, iam antea memorato, *itinerario hierosolymitano*, Lugduni MDXXVI. ac cum BROCARDI *descriptione terrae sanctae* studio *Reineri Reineccii*, Magdeburgi MDLXXXVII. MDXCIII. & HERMANNI BORCVLOO *delineatione ac descriptione ciuitatis Ierusalem ac sacrorum locorum vniuersae Palaestinae*, Vltraiecti MDXXXVIII.* ADAMI REISNERI *descriptione vrbis Hierusalem*, quae ab ipso germanice litteris mandata; a *Io. Heydeno* autem latine reddita, antea atque edita fuit Francofurti ad Moen. MDLXIII. IO. BAPTIST. VILLALPANDI *descriptione vrbis et templi hierosolymitani:* ** CHRISTIAN. ADRICHOMII *descriptione Hierosolymae, prout floruit tempore christi*, cuius iam antea mentionem feci: LVDOV. CAPELLI *ichnogra-*

* *Scriptorem* hunc adducit CLERICVS *praefatione* ad SANSONIS *geographiam sacram*, vna cum quibusdam aliis argumenti huius scriptoribus.

** [illegible] in *Ezechielem commentariis*, Romae MDXCVI. [illegible] fol. editis. Excerpta ex illa dedit WALTONVS in *apparatu biblico*. IO. BLOMII *animaduersionibus de nauigatione Salomonis in Ophir ac de purpura et cocco*, Hamburgi MDCLX. [illegible] addita est vera *Hierosolymae veteris descriptio*, ad mentem Villalpandi composita.

nographia Hierosolymae: * HERMANNI WITSII *historia Hierosolymae*: ** PAVLL. CHRIST. HOEPFNERI *Hierosolyma antiqua*, Halae MDCCXV. 12. MDCCXXXII. 8. qui libellus tamen praecipue ad ritus iudaeorum cognoscendos comparatus est.

Hactenus de scriptoribus geographiae sacrae. Pergo ad eos, qui in expolienda geographia *ecclesiastica* ingenia sua exercuerunt, atque ad ordinem illorum refero:

PETRVM OPMEERVM, qui dedit: *catalogum totius orbis archiepiscoporum episcoporumque ad sua vsque tempora*, Coloniae MDXCV. 8.

AVBERTVM MIRAEVM, qui in hoc argumento multam operam posuit ac publico vsui tradidit: *notitiam episcopatuum orbis christiani*, Parisiis MDCX. Antuerpiae MDCXI. auctiorem et emendatiorem eodem loco MDCXIII. Francofurti MDCXIV. Lugduni MDCXX. 8. libris quinque, quorum tribus prioribus veterem geographiam ecclesiasticam illustrat: quarto codicem prouincialem nouum secundum recentem ecclesiae ac regnorum in orbe christiano statum exhibet: quinto denique episcopatus; siue vrbes, titulo episcopali illustres, ordine litterarum digerit, ac breuiter differit de ecclesiarum maxime celebrium originibus, progressibus ac vicissitudinibus:

PAVLLVM GESLINVM, qui edidit: *la sainte chorographie, ou description des lieux, ou reside l'eglise chretienne par tout l'vniuers*, Salmur. MDCXXIX. 8.

CAROLVM A SANCTO PAVLLO, cuius *geographia sacra; siue notitia antiqua dioecesium omnium patriarchalium, metropoliticarum et episcopalium veteris ecclesiae, ex conciliis et patribus, historia ecclesiastica et geographis antiquis collecta*, inter generis huius scripta principem locum tuetur. Lucem adspexit opus hoc primum Parisiis MDCXLI. fol. deinde Amstelodami MDCCIII. fol. *** huicque posteriori editioni accesserunt: *notae et animaduersiones* LVCAE HOLSTENII et *parergon*, notitias aliquot ecclesiasticas et ciuiles, diuersis temporibus editas, complectens, ex manuscriptis codicibus

* subiuncta est eius *historiae apostolicae illustratae*.

** est in eius *miscellan. sacror. tomo* II. p. 238.

*** BERNARDI *nouuelles de la republique des lettres*, MDCCVIII. *iun.* p. 603.

græce et latine cum. X tabulis geographicis.* HOLST *animaduerſiones*, quæ adiunctæ ſunt, anteaprodierunt, MDCLXVI. 8.

PHILIPPVM LABBEVM in *geographia epiſcopali uiario*, Pariſiis MDCLXI. 12. cum tribus *Nicolai Sanſo* bulis geographicis:

PETRVM IOSEPHVM CANTELIVM, cui ea cauſſam locum hunc adſigno, quia edidit: *metropolita urbium hiſtoriam ciuilem et eccleſiaſticam, in qua roma dis dignitas et imperatorum ac regum, maxime Fran in eam merita explicantur*, Pariſiis MDCLXXXIV. 4. que in iſta varia argumenta enarrauit, quæ ad geogra eccleſiaſticam pertinent; ita tamen, vt pontificis r dignitati ac poteſtati defendendæ ſe maxime addictum luculenter oſtendat:

Breues notitiæ triplicis ſtatus, eccleſiaſtici, mona ſecularis, excerptæ ex actis ſanctorum ianuarii, febru martii, vulgatis a IO. BOLLANDO, GODOFR. I SCHENIO et DAN. PAPEBROCHIO, Ant MDCLXVIII. 8.

EMANVEL. A SCHELSTRATE, cuius *antiquitat ſiæ, diſſertationibus, monimentis ac notis illuſtrata*, q modo huc ſpectat. Poſt mortem eius opus hoc in. exiit. Conſtat illud duobus tomis. Prior, qui MDCXCII. fol. prodiit, chronologicus eſt; poſterior ibidem MDCXCVII.fol. editus, geographicus, quo epiſco et metropolitanarum totius orbis eccleſiarum: patriarc ſedium, romanæ inprimis cathedræ inſtitutio, iura uilegia explicantur: prouinciarum et diœceſium orien et occidentalium notitiæ illuſtrantur, quemadmodum præ ſe fert. In adpendice tomi huius præter HIERO *ſynecdemum;* ſiue comitem peregrinationis, habentur TONINI *itinerarium:* NILI *Doxopatrii commentar*

q

* *iournal des ſauans* MDCCVII. *octobr.* p. 149. CLERICI *bibli choiſ. tom.* II. p. 311. BEVEREGIVS *adnotationibus in ſyn tom.* II. p. 138. notat vitia operis atque auctoris fidem in ſu nem adducit.

** BAELII *nouuelles de la republiqu. des lettres* MDCLXXXIV. p. 826.

quinque thronis patriarchalibus atque aliæ huiusmodi notitiæ veteres patriarchatuum, metropoleon et episcopatuum antiqui orbis christiani *. Id agit Schelstratenus in opere hoc studiose, vt demonstret, dioeceses ecclesiasticas dispositas fuisse secundum rationem prouinciarum imperii, quod impugnauit BENEDICTVS BACCHINVS: **.

ECHARDVM DE COMMANVILLE, qui emisit: *tables geographiques et chronologiques de tous les archeueques et echeueques de l' univers*, Rothomagi MDCC. 8. Persequitur parte *prima* archiepiscopatus et episcopatus ecclesiæ latinæ: *secunda* græcæ; *tertia* eos, qui nec græci; nec latini ritus sunt, Moscouiæ, Georgiæ, Mingreliæ, Syrorum, Iacobitarum et Maronitarum, Armeniorum in Persia turcicoque imperio; Nestorianorum denique, Coptorum et Abyssinorum;

FRANCISCVM IACOB. DE DIGNE in *historiographie generale des prouinces ecclesiastiques de l' eglise latine*, Auenion. MDCCXVI. fol.

IO. ALBERTVM FABRICIVM, qui exhibuit: *indicem geographicum episcopatuum orbis christiani, tum aliorum; tum quorum in conciliis mentio, et locorum, in quibus concilia habita sunt*, *** ac *indicem geographicum orbis christiani, cum notitia scriptorum, e quibus plerorumque historia et successio episcoporum peti potest* *. Exstant quoque monimenta argumenti huius, media ætate composita atque in variis voluminibus ab interitu vindicata. In lucem protulit GVIL. BEVEREGIVS notitiam, a BASILIO *Ialimbanensi* circa annum christi DCCCXCI scriptam, græce ac latine,** ac præter hanc, EVTYCHII *notitiam sedium metropoliticarum Alexandriæ*, medio fere seculo decimo compositam; *** LEO ALLATIVS *

---

* *acta eruditor.* MDCXCIII. p. 195. MDCXCVIII. p. 321.

** in *dissertatione de ecclesiastica hierarchiæ originibus*, cuius tres partes sunt, Mutinæ MDCCIII. 4.

*** *biblioth. græc. volum.* XII. p. 1.

* index hic additus est eiusdem *salutari luci euangelii.*

** *adnotationibus in synodicon, tom.* II. p. 135.

*** *ibidem* p. 148.

LATIVS * autem et STEPHANVS LE MOYNE ** ante Schelſtratenum euulgarunt: NILI *Doxopatrii notitiam quinque thronorum patriarchalium*, ſeculo ſecundo ac decimo litteris conſignatam. Addas hiſce: LEONIS ſapientis διατύπωσιν, ſiue notitiam epiſcoporum, qui epiſcopo Conſtantinopolitano parebant: ANDRONICI *Palæologi expoſitionem nouam:* *** notitias epiſcopatuum, a IACOB. GOARO * editas, ac generis huius alias **, vna cum ſcriptis, quibus de regionibus ſuburbicariis diſputatum eſt a IACOB. GOTHOFREDO, IACOB. SIRMONDO, CLAVDIO SALMASIO, EMANVEL. SCHELRSTRATENO, HENRICO VALESIO, PETRO DE MARCA, IO. LAVNOIO, LVDOV. ELLIES DV PIN atque aliis ***. Habentur etiam tabulæ geographiæ eccleſiaſticæ, cuiusmodi ſunt: COMMANVILLII *tabula geographica ac chronologica*, quarum iam mentionem feci. Africa vetus chriſtiana eleganti tabula geographica a G. DE L'ISLE deſcripta eſt hæcque locum obtinuit in OPTATO *Mileuitano*, a *Dupinio* edito. Prodiit etiam HENRIC. SCHERERI *atlas nouus*; *ſeu geographia vniuerſa*, Auguſt. Vindelic. MDCCX. 4. cuius pars ſecunda exhibet geographiam hierarchicam; ſiue eccleſiaſticam; pars tertia vero inſcribitur: *geographia mariana* ac notitiam complectitur præcipuarum per totum orbem imaginum ac ſtatuarum, quas Mariæ beneficia celebres reddiderint.

CAPI-

* *libr.* I. *de eccleſiæ occidentalis atque orientalis perpetua conſenſion.* *libr.* I. *cap.* 24. p. 408.

** *tom.* I. *varior. ſacror.* p. 211.

*** adiecta eſt CYPRII *chronico eccleſiæ græcæ*, Lipſiæ MDCLXXXVII. 4. edito

* in fine GEORGII CODINI, inter ſcriptores *hiſtor. byzantin.* Pariſiis MDCXLVIII. fol.

* plura ſuppeditat FABRICIVS *bibliothec. græc. vol.* III. p. 85. *luc. euangelii* p. 344. et *bibliograph. antiquar. cap.* VI. §. 16. p. 143.

*** conf. KORTHOLTI *commentationes de eccleſiis ſuburbicariis*, Lipſiæ MDCCXXX. MDCCXXXI. vbi controuerſia hæc memoratur.

CAPITIS SEPTIMI

DE

SCRIPTIS HISTORIAE ECCLESIASTICAE

SECTIO II.

DE

SCRIPTIS, AD HISTORIAM ECCLESIASTICAM VNIVERSAM: SPECIATIM VETERIS TESTAMENTI SPECTANTIBVS.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Quum scriptores historiae ecclesiasticae varii diuersique sunt, §. I.
Classes eorum constituuntur ac primum ii recensentur, qui vniuersam historiam ecclesiasticam vtriusque foederis coniunctim enarrarunt, antiqua, media ac recentiore aetate, §. II. III. IV.
Ac cum historia sacra simul ciuilem descripserunt §. V.
Quibus commemoratis, ii sequuntur, qui historiam ecclesiasticam veteris testamenti explanarunt, cum vniuersam §. VI.
Tum quasdam tantum illius partes, ita vt alii persequuti sint ea, quae ad certum tempus pertinent §. VII.
Alii argumenta singularia exposuerint, generatim de gente iudaica; speciatim autem de exitu israelitarum ex Aegypto: de republica iudaeorum: de captiuitate babylonica, principatu Maccabaeorum, historia Herodum §. VIII.
De veteris testamenti libris sacris, doctoribus, patriarchis, Mose ac prophetis deque eorumdem doctrina § IX. X. XI.
De nonnullis praeterea eorum capitibus, quae in codice foederis prioris narrantur, de creatione nimirum, de paradiso, diluuio, arca Noae, turri babylonica §. XII.
Ac denique de ritibus gentis iudaicae §. XIII.

Accedo ad ipsa historiae ecclesiasticae scripta. Quorum esse diuersitatem varietatemque, quum constat, hanc ob caussam recte a me postulatur, vt ista distincta commemorem ac classes eorum constituam. Differunt enim illa inter se *tempore* suo, quum alia ab antiquioribus; alia recentioribus auctoribus composita fuerunt: *argumentis*, ita vt quaedam vniuersas res, in ecclesia gestas, complectantur; quaedam autem partem illarum exhibeant: *modo tractandi*, qui nunc copiosior; nunc breuior est ac per hanc diuersitatem habentur non solum opera; sed etiam compendia historiae huius: *reli-*

gione

gione eorum, a quibus monimenta hæc ingenii accepimus, quoniam et lutherani; et reformati; et pontificii aliarumque ſectarum ſcriptores rebus ſacris enarrandis operam dederunt.

§. II.

Inter antiquiores chriſtianos nullus fere exſtitit, qui hiſtoriam eccleſiaſticam vniuerſam, ſpeciatim prioris fœderis, ſcriberet; aut certe pauca monimenta ad nos peruenerunt, quæ ad iſtam pertinent. Quæ chronographi quidam tempore hoc litteris mandarunt, ea non plane quidem contemnenda ac negligenda ſunt; exiguam tamen vtilitatem adferunt eamque præ ſe ferunt conditionem, vt iſtis facile carere poſſimus.

Non alius inter antiquos chriſtianos ſcriptores, qui hiſtoriam eccleſiaſticam veteris teſtamenti illuſtrauit, exſtat, niſi SVLPICIVS SEVERVS; ſiue vt alii eum adpellandum eſſe, putant, SEVERVS SVLPICIVS. Translati ad nos ſunt *libri* eius *duo hiſtoriæ ſacræ*, quibus res gentis iſraeliticæ non ſolum ciuiles; ſed etiam ſacras enarrauit ac partem hiſtoriæ eccleſiaſticæ noui teſtamenti adiunxit, ab orbe quidem condito vsque ad exitum ſeculi quarti poſt natum chriſtum. Scribendi genere vſus eſt eleganti; in ipſa autem hiſtoria nimiæ breuitati ſtuduit. Non expers illa eſt vitiorum; neque tempora in ea adcurate diſtinguuntur. Ipſa opera SVLPICII ſæpe in lucem prodierunt, ſeparatim pariter ac coniunctim cum aliis monimentis in *orthodoxographis* ac *bibliothecis patrum*. Inter editiones multum ſe commendauit ea, quæ Lipſiæ cum notis *Io. Clerici* MDCCIX. 8. exiit, ita adornata, vt duobus tomis conſtet ac prior antea edita cum adnotationibus *Io. Vorſtii*; poſterior autem epiſtolas cum reliquis operibus nondum euulgatas, complectatur. Sequuta eſt illam editio *Hieronymi de Prato*, Veronæ MDCCXLI. MDCCXLIV. 4. duobus voluminibus, quæ præſtantia ſua inter reliquas excellit. In ea SVLPICII *opera*, ex codicibus manu exaratis emendata, ſunt: notis ac diſſertationibus illuſtrata. Præter hunc ac iam commemoratos *Vorſtium* et *Clericum*, commentariis auctorem hunc explanarunt: *Carolus Sigonius*, *Io. Druſius*, *Victor Giſelinus*, *Georg. Hornius*, *Io. Caſp. Hofmeiſterus*. Inprimis

CHRI-

CHRISTIANO SCHOTANO locum inter interpretes fecit opus eius, inſcriptum: *bibliotheca hiſtoria ſacra veteris teſtamenti; ſeu exercitationes hiſtorica in ſacram ſcripturam et Ioſephum per modum commentarii in hiſtoriam ſacram Sulpicii Seueri*, duobus tomis, quorum prior ab Adamo vsque ad Moſen Franeckeræ MDCLXII. poſterior a Moſe ad principatum Haſſamonæorum eodem loco MDCLXIV. fol. lucem vidit. Continetur opere hoc adparatus variarum rerum, quæ hiſtoriam eccleſiaſticam veteris teſtamenti illuſtrant; maiorem autem exiſtimationem id ſibi comparaſſet, ſi auctor ordinis ac delectus ſtudioſior fuiſſet. Idem SCHOTANVS Sulpicii Seueri *continuationem* a Iuliani imperio vsque ad Henricum Aucupem Franeckeræ MDCLVI. edidit, cuiusmodi alia vsque ad Carolum V. ex SLEIDANI libris de *quatuor ſummis imperiis* compoſita, Lugduni Batauorum MDCXXVI. iuris publici facta eſt.

Inter chronographos veteres; ſiue eos, qui res geſtas, ad temporum rationem relatas, litteris conſignarunt, locum habet: IVLIVS AFRICANVS, qui chronographiæ libros V. compoſuit; habemus autem tantum fragmenta ab EVSEBIO, SYNCELLO atque aliis ſeruata. Ex iſto ſua fere tranſtulit EVSEBIVS in *chronicon*, quod reliquit. Operis illius, παντοδαπὴ ἱστορία dicti, duæ ſunt partes, in quarum prima, cuius inſcriptio eſt: χρονικοὶ κανόνες παντοδαπῆς ἱστορίας, hodie valde mutila, omnium pene gentium, Chaldæorum. Aſſyriorum. Medarum, Perſarum. Ebræorum, Aegyptiorum aliarumque origines et res maxime memorabiles ab orbe condito proſequutus eſt; in ſecunda autem, quæ κανὼν χρονικὸς adpellatur, cuncta ad temporum ordinem diſpoſuit atque initium ab epocha Abrahami fecit. Vtramque ad annum chriſti CCCXXV. perduxit. *Hieronymus* latine vertit *chronicon* hoc, ita vt alia adderet: alia omitteret, ac *chronicon* ipſum ad annum chriſti CCCLXXVIII. continuaret. Græca perierunt, præter fragmenta, quæ chronologi recentiores ab interitu vindicarunt, Syncellus inprimis, Cedrenus atque alii. Collegit iſta IOSEPH. IVSTVS SCALIGER ac cum Hieronymi latina interpretatione ſuiſque animaduerſionibus in *theſauro temporum* edidit, Lugduni Batauorum MDCVI. fol. et Amſtelodami

MDCLVIII.

MDCLVIII. fol. quae posterior editio Scaligeri commentarios adcuratiores et multo locupletiores exhibet. Iusta tamen est dubitandi ratio, omnia ab Eusebio profecta esse, quae ei in *thesauro* hoc tribuuntur. Merito et eruditi viri animaduerterunt, Scaligerum non cuncta distincte praebere atque interdum ab eo aberrare, quod rectum est. * Adiungo IOANNEM *antiochenum*, cognomine *Malala* notum, qui *historiam chronicam* ab orbe condito vsque ad obitum Iustiniani I. imperatoris scripsit. In lucem illa exiit graece cum latina interpretatione *Edmundi Chilmeadi:* HVMFREDI HODII *dissertatione de auctore* ac RICHARDI BENTLEII epistola, Oxonii MDCXCI. 8. Plenus est liber hic nugarum ac fabularum; nec in temporum rationibus adcuratus. In eumdem censum venit scriptor *chronici*, vti vocatur, *alexandrini*, quod incipit ab orbe condito et ad Heraclii imperatoris tempora perducitur. Adpellatur illud *alexandrinum*, quod in principio codicis manuscripti *Petri alexandrini* nomen et fragmenta quaedam eius proferantur, habetque etiam nomen *fastorum siculorum*, ex eo sumtum, quemadmodum doctissimi viri animaduertunt, quia ab Hieronymo Surita in vetusta Siciliae bibliotheca repertum fuerit. Dicitur praeterea *chronicon paschale*, quoniam in eo temporum rationes, praecipue ad festa paschatis iudaica ac christiana adcommodatae, notantur. Publicae luci chronicon hoc cum notis exposuit MATTH. RADERVS, Monachii MDCXXIV. 4. Longe adcuratior et plenior est editio, quae sub titulo *chronici paschalis* cum meliore versione, eruditis adnotationibus atque amplissima praefatione, vbi inter alia de auctore operis huius copiose disseritur, studio CAROLI DV FRESNE Parisiis MDCLXXIX. fol. exiit. De GEORGII SYNCELLI *chronico*, quod integrum fere ex EVSEBII *chronico* sumtum est: de IOANNIS, monachi antiocheni, *historia chronologica* deque aliis taceo. Quum enim monimenta haec ad quasuis res gestas spectant, a longiore eorum commemoratione merito abstineo. Sufficiat, quaedam istorum eaque praecipua eam ob caussam adduxisse, quia illa interdum historiae ecclesiasticae aliquid lucis adferre possunt.

§. III.

* CRENIVS *animaduers. philologic. part.* XV. p. 109. FABRICIVS *histor. bibliothec.* p. II. p. 375.

§. III.

Medio post natum seruatorem aeuo non defuerunt uidem inter Graecos ac Latinos, qui annales; aut chro-.ica ab ipsa mundi atque ecclesiae origine scriberent; uum autem aetate eorum summa barbaries esset ac ultus elegantiaque litterarum plane negligeretur, haec eculi infelicitas impediuit, quo minus ingenii moni-ienta ad posteros transmitterentur, quae magnum vium raeberent ac singulari laude atque existimatione digna ssent. Omnia in illis sunt ieiuna ac sterilia: multa abulosa et commentitia.

Ex monimentis chronicis, quae Graeci reliquerunt, spectant huc: GEORGII CEDRENI *annales*; siue *compendium historiarum* ab orbe condito ad Isaaci Comneni tempora annumque christi MLVII. quod opus, notis illustratum, primus graece ac latine *Guil. Xylander*, Basileae MDLXVI. fol. in lucem eduxit; postea vero melior editio cum emendata Xylandri interpretatione notisque *Iacobi Goari* ac glossario mixto barbaro cura *Carol. Annibal. Fabrotti*, Parisiis MDCXLVII. fol. prodiit: IO. ZONARAE *annales*; siue *compendium historiarum* ab origine mundi ad annum MCXVIII. editum cum *Hieronymi Wolfii* notis, Basileae MDLVII. fol. ac cum *Carol. du Fresne* emendationibus atque adnotationibus, Parisiis MDCLXXXVI. duobus voluminibus fol. cuius prima parte de rebus iudaicis ab orbe condito vsque ad Hierosolymorum excidium agitur: MICHAELIS GLYCAE *annales* quatuor partium, quarum *prima* ille differit de operibus sex dierum: *secunda* res gestas ab orbe condito ad christum natum enarrat: *tertia* a christo nato ad Constantinum magnum progreditur: *quarta* de iis, quae ab eo tempore peracta sunt, exponit atque in Alexii Comneni morte anno christi MCXVIII. definit. Euulgauit illos latine et ad captam vsque a Turcis Constantinopolin continuauit *Io. Leunclauius*, Basileae MDLXXII. 8. graece autem eosdem primus in lucem emisit *Philippus Labbeus*, ita vt *Leunclauii* versionem recenseret: notas suas aeque ac *Meursii* vna cum *Leunclauii* continuatione adiungeret, Parisiis MDCLX. fol. CONSTANTINI MANASSIS *compendium historicum*, ab initio mundi ad annum christi

MLXXXI. ſcriptum verſibus, proſæ ſimillimis, quos Græci recentiores adpellant, ad Irenem, Andronici ni vxorem. Prodiit chronicon; ſiue compendium tine cura *Leunclauii*, Baſileæ MDLXXIII. 8. græce cum notis *Io. Meurſii*, Lugduni Batauorum MDCX *Leunclauii* et *Meurſii* adnotationibus, variis lectio *Fabrotti gloſſario*, Pariſiis MDCLV. fol.

Inter latinos ſcriptores mediæ ætatis ſtudia ſua i nicis componendis collocarunt ſuamque probarun ſtriam: ISIDORVS hiſpalenſis, BEDA, cui nomen *lis* datum eſt, FRECVLPHVS, ADO, HERMANNVS *ctus*, MARIANVS ſcotus, HVGO floriacenſis, O ſingenſis, GODOFRIDVS viterbienſis, CONRAD ſpergenſis, ALBERTVS ſtadenſis, VINCENTIVS bell ſis, qui omnes, ſi HVGO floriacenſis et CONRAD ſpergenſis excipiantur, chronica vniuerſalia condide quum initium narrationum ſuarum ab ipſa mundi fecerint, res quoque geſtas veteris teſtamenti Ex eiusmodi igitur ſcriptis ſumere licet adiument riæ eccleſiaſticæ; quæ tamen non magnum momen bent; nec ſingularem vſum præbent.

§. IIII.

Qui recentiore ætate, poſtquam bonæ lit priſtinam dignitatem reſtitutæ fuerunt, hiſtoriæ ſiaſticæ foederis prioris ita ſe conſecrarunt, vt e cenſerent atque illuſtrarent, illorum magnus eſt rus; non vnius tamen iſti ſunt generis. Quod ſi quæ tradiderunt, atque ad ipſam tractandi ra animum aduertimus, inter ſe illi diſcrepant *vniuerſales* ſunt: alii *particulares*. Priores; ſiue *ſales*, quum vel vniuerſam eccleſiæ hiſtoriam, cu ris; tum noui teſtamenti, enarrarunt; vel cum ſacra profanam coniunxerunt, itidem duæ eoru ſes conſtituendæ ſunt. Ad alteram pertinent, monimentis ſuis vtriusque fœderis hiſtoriam co unt:

Generis huius ſcripta ſunt:

BARTOLOM. DIONIGI *compendio hiſtorico d ebio e del nuouo teſtamento, cauato dalla ſacra bibli*

quale si descriuono tute le cose notabili, che successero nel popolo hebreo, dalla creatione del mondo fino all' vltima destruttione di Ierusalem, con la vita di giesu christo, Venetiis MDLXXXVIII. 4.

DIONYSII MVDZAERTS *historia ecclesiastica*, ab orbe condito vsque ad annum christi MDCXXII. belgico sermone scripta, Antwerpiae MDCXXII. fol. duobus voluminibus: *

IO. MICRAELII *syntagma historiarum ecclesiae omnium, quo ab Adamo iudaicae et a saluatore nostro christianae ecclesiae, politiae, ritus, persequutiones, transplantationes, halcyonia, doctores, synodi, haereses et schismata proponuntur.* Primam lucem liber hic adspexit Stetini MDCXXX. 8. postea autem iterum atque iterum litteris descriptus est, Stetini MDCXLV. MDCLX. 8. Lipsiae MDCLXXIX. 4. cum DANIELIS HARTNACCII continuatione, ac cum ea locupletiore eodem loco, MDCXCIX. 4. sub titulo: *historia ecclesiastica, qua ab Adamo iudaicae et a saluatore nostro christianae ecclesiae ritus, persequutiones, concilia, doctores, haereses et schismata proponuntur.* Ea, quae HARTNACCIVS adiecit, pertinent ad schismata ac sectas, vel breuiter a Micraelio memoratas; vel post tempora eius exortas, vt socinianorum, arminianorum, Conradi Vorstii, syncretistarum, Henrici Nicolai, mennonistarum, Dauidis Georgii, Valentini Weigelii, Stifelii, Methi, Hohburgii, Boehmii, quackerorum, labadistarum, Burignoniae, brownistarum, independentium, stengerorum, iansenistarum, quietistarum, Fenelonii, cartesianorum, cocceianorum, payonistarum, neonomorum in Anglia, Peyrerii et praeadamitarum, naturalistarum, hobbesianorum, Spinozae, Richardi Simonis, Knutzii, de quibus omnibus Hartnaccius ita agit, vt interdum leges iusti ordinis violet; nec tam historicum; quam disputatorem, qui animi adfectibus nimis indulget, se praebeat: **

BONAVENTVRAE ROVSSEAV *de Basoches sacra per compendium historia, a mundo condito vsque ad christum natum*, Parisiis MDCXXXIV. 8.

D 2 RICHAR-

* ANDREAE *bibliothec. belgic.* p. 190.
** FABRICII *histor. biblioth. part.* V. p. 264.

RICHARDI MONTACVTII *the acts and mo of the church before christs incarnation*, Londi XLII. fol.

IO. KROMAYERI *indiculus historiæ ecclesiast* orbe condito ad synodum dordracenam, quam cum *concordia*, Lipsiæ MDCLVII. edidit:

TIMANNI GESSELII *historia sacra et eccl ordine chronologico ex optimis scriptoribus compend gesta ab anno mundi ad annum christi* MCXXV. duo mis, quorum primus Traiecti ad Rhenum MDCLIX dus ibidem MDCLXI. 4. ac postea vterque in eiusde *bus historicis et ecclesiasticis*, eodem loco MDCL prodiit. Quem in finem Gesselius historiam hanc rit, ex titulo eius patet, quum ibi significat, se pio conatum esse, ad pacem ecclesiæ christianæ viam Eam ob rem tomo secundo monimenta quædam adiecta sunt: *

NICOLAI TALONI *histoire sainte de l'ancien nouueau testament*, Parisiis MDCLV. fol. duobus vo bus, quæ rebus enarratis non tanta est; quantam fert molem:

MATTH. CHESNEVX *ecclesia catholica, ab orig di ad christum et a christo ad nos vsque, speculum graphicum*, cuius tomus primus Leodii MDCLXI. f autem, eiusque pars prima ibidem MDCLXVI. fol. Ille complectitur res, in ecclesia prioris fœderis gest historiam ciuitatis christianæ a seruatore vsque ad d seculum. De tomi secundi parte secunda mihi h ploratum est, num illa lucem viderit; nec ne. Eon ad nouum testamentum pertinent, epitome ex B *annalibus* exhibetur:

GEORGII HORNII *historia ecclesiastica* ab orb to vsque ad auctoris ætatem enarrata atque edita Batauorum MDCLXV. 12. Liber hic non solum it terarum formis descriptus; sed etiam illustratus a nuatus est. Exiit ille in lucem cum notis DANIEL NACCII, Lipsiæ MDCLXXIII. 12. Postea MEI

* FABRICII *histor. biblioth. part.* V. p. 268.

LEYDECKERVS in compendio hoc ornando operam suam posuit, ita vt adnotationibus illud instrueret: historiæ veteris testamenti LVDOVICI CAPELLI *historiam iudaicam* ac historiæ noui testamenti supplementum ab anno MDCLXVI. ad annum MDCLXXXVII. adiiceret eoque res belgicas, gallicas, romanas, britannicas, hungaricas ac pedemontanas percenseret, quæ editio in lucem emissa est Lugduni Batauorum MDCLXXXVII. 12. * Accessit alia, a IO. DAN. CRAMERO ea ratione adornata, vt præter notas HARTNACCII ac LEYDECKERI huiusque supplementum et CAPELLI *historiæ iudaicæ* compendium, complectatur nouum supplementum, ad præsens seculum perductum, Francofurti ad Moen. MDCCIV. 8. **

Compendium historiæ ecclesiasticæ, quod dicitur *gothanum*, quia iussu principis, Ernesti pii, in vsum gymnasii gothani conscriptum est ac Gothæ in lucem exiit. Primam partem, qua historia prioris fœderis continetur, VITVM LVDOVICVM SECKENDORFIVM composuisse, varia documenta haud obscure ostendunt; secunda autem, quæ res, in ecclesia christiana vsque ad pacificationem guestphalicam gestas, tradit, concinnata esse dicitur a IO. CHRISTOPHORO ARTOPOEO; auspiciis tamen *Io. Henrici Boecleri.* Illa primum prodiit Gothæ MDCLXVI. 8. hæc eodem loco MDCLXX. 8. Postea compendium hoc iterum euulgatum est Lipsiæ MDCCIII. 8. ac MDCCV. Accessit supplementum, quo auctor, qui ADAM. RECHENBERGIVS esse perhibetur, historiam sic dicti pietismi, chiliasmi ac terminismi ita enarrauit, vt studium partium prodidisse videretur hocque nomine non omnibus se probaret. Melior est, quæ Gothæ MDCCXXIII. 8. *** lucem vidit, editio. Sibi coniunctum habet, auctore ERNESTO SALOM. CYPRIANO, nouum supplementum, sub titulo: *compendium historiæ ecclesiasticæ, a pace guestphalica ad nostra vsque tempora deductum*, eodem loco ac tempore editum atque anno MDCC

 XXXV.

* *acta eruditor.* MDCLXXXVIII. p. 408.

** *iournal des sauans* MDCCVII. *ianuar.* p. 82.

*** *acta eruditor.* MDCCXXIV. p. 394. *samlung von alten und neuen theolog. sachen*, 1724. p. 68. 1725. p. 77.

XXXV. 8. denuo idque separatim litteris descrip
In eo quum Cyprianus de caussa, quemadmodum a
tur, pietistica, speciatim Speneri huiusque defensoru
psisset quædam, quæ nullam fidem habere vide
aduersus illum: *ordinis theologorum in academia re*
dericiana epicrisis apologetica in partem aliquam histo
clesiasticæ recentioris, in compendio gothano nouissim
nuatæ, *a* IOACHIMO LANGIO composita, Hal
XXVI. 8. in conspectum orbis eruditi venit. ** I
est Cyprianus a IO. IACOBI, siue qui sub nomine
tet, SEBASTIANO EDZARDI in *vindictis Cyprian*
sus epicrisin, „*qua ab ordine theologico hallensi acerbiss*
impetitus, MDCCXXV. 8. *** et aduersus IO.
CI * censuram ab eodem in *historia ecclesiæ armi*
Cypriano auctario compendii historiæ ecclesiasticæ got
serta, *aduersus insulsas Io. Clerici obiectiones*
MDCCXXVI. 8. ** Denique vt historia, in compen
comprehensa, ad nostrum tempus duceretur, in e
rauit dilectissimus filius meus, CHRISTIAN.
FRANCISC. WALCHIVS, hancque in rem iuri
fecit: *compendium historiæ ecclesiasticæ recentissimæ*,
pendio historiæ ecclesiasticæ gothano supplemento fit,
tum, Gothæ MDCCLVII. 8. *** Indicem copios
compendium ipsum instructum est, HENRICVS
STVS TREIBERVS fecit. Breuius id etiam gerr
lucem eductum esse, refertur; * minus autem int
hæc ad oculos meos peruenit. ** Ita illud
est, vt ordine suo, delectu rerum atque aliis

* COLERI *auserlesene theol. bibl. volum.* I. p. 517. *volum.* I
** *samlung von alten vnd neuen theol sachen*, 1725. p. 826. I
*** *sammlung von alten vnd neuen theol. sachen* 1725. p. 84
* *bibliotheque ancienn. et modern. tom.* XXV. p. 103.
** COLERI *auserlesen. theol. biblioth. volum* II p. 863.
*** KRAFTII *theolog. bibliothec. volum.* XIII. p. 511.
* meminit interpretationis huius PLACCIVS *theatro*
p. 177. 465.
** præter adductas compendii huius editiones, aliæ m
anni MDCLXXV. in *biblioth. mayeriana* p. 549. MD
PLACCII *theatro anonymor.* p. 276. MDCXCV. apud
RVM in *historia Seckendorfii* p. 163.

multum ſe commendauerit ac conciliauerit ſibi exiſtimationem: *

FRIDERICI SPANHEMII *hiſtoria eccleſiaſtica*, quæ vario habitu in lucem exiit. Primum illa prodiit ſub titulo: *introductio ad hiſtoriam et antiquitates ſacras*, Lugduni Batauor. MDCLXXIV. 12. quum autem librum hunc, inſcio auctore, diſcipulus quidam eius edidiſſet; nec in eo deſcribendo debita cura adhibita fuiſſet, Spanhemius ipſe ad adcuratiorem auctioremque editionem ſe admouit hancque iuris publici fecit, titulo hoc: *introductio ad chronologiam et hiſtoriam ſacram ac præcipue chriſtianam, ad tempora reformationis, cum neceſſariis caſtigationibus Caſaris Baronii*, Lugduni Batau. MDCLXXXIII. 4. ** Præmiſſæ *introductioni ad chronologiam* de principio temporis, de diuerſis annis, menſibus, hebdomadibus, diebus diuerſisque epochis aliisque huc ſpectantibus, ſubiuncta eſt *introductio ad hiſtoriam eccleſiaſticam veteris teſtamenti*, ac poſt hanc, *breuis introductio ad hiſtoriam eccleſiaſticam noui teſtamenti;* quæ tamen tantum ad finem ſeculi ſexti poſt natum chriſtum perducta eſt. - Vt igitur cœptum opus redderet perfectum, SPANHEMIVS edidit tomum ſecundum, inſcriptum: *introductio ad hiſtoriam et antiquitates ſacras, cum perpetuis caſtigationibus annalium Caſaris Baronii ac recentiorum in Gallia pontificia ſcriptorum*, Lugduni Batauor. MDCLXXXVII. 4. vbi res quatuor ſeculorum, ſeptimi, octaui, noni ac decimi exponuntur. *** Proceſſit longius hiſtoriamque ad tempus emendatorum ſacrorum duxit in *ſumma hiſtoria eccleſiaſticæ a chriſto nato ad ſeculum* XVI. *inchoatum. Præmittitur doctrina temporum cum oratione de chriſtianiſmo degenere*, Lugduni Batau. MDCLXXXIX. 12. * Litterarum formis iterum de-

* plura de compendio hoc habentur: apud FECHTIVM *præfation. iſagog. ad Boecleri hiſtor. vniuerſ.* p. 8. PLACCIVM *theatro anonymor.* p. 276. HEVMANNVM *ſchediaſmat. de libris anonymor. et pſeudonym.* p. 125. FABRICIVM *hiſtor. biblioth. part.* VI. p. 226. SCHREBERVM *hiſtor. vitæ ac meritorum Seckendorfii* p. 162. *vnpartheyiſchen bibliothecar.* p. 304. FISCHERVM in *vita Cypriani* p. 105.

** *acta eruditor.* MDCLXXXIII. p. 422.

*** *acta erudit.* MDCLXXXVIII. p. 271. BAELII *nouuell. de la républiqu. des lettres* MDCLXXXVII. *octobr.* p. 1111.

* TENTZELII *monatliche vnterredungen*, 1690. p. 54.

descripta est ac cum oratione de *corruptis et emendandis studiis* prodiit non solum MDCXCIV. 4. quae editio in titulo *omnium purgatissima* dicitur; sed etiam Lipsiae MDCXCVIII. 4.* Denique historia haec in auctoris sui *opera* ** translata fuit. qua sane conciliauit sibi Spanhemius non mediocrem laudem atque inter praecipuos auctores, qui historiae ecclesiasticae illustrandae operam consecrarunt, locum fecit. Magna cum vtilitate legi illa potest; ea tamen cautio adhibenda est, vt quae ex dogmatibus sententiisque, ecclesiae reformatae propriis, tradita sint ac diiudicata, illa notentur veraque discernantur a falsis:

ANTONII LE GRAND *historia sacra, a mundi exordio ad Constantini magni imperium deducta*, Londini MDCLXXXV. 8. Herbornae MDCLXXXVI. 8. qui liber non magnae existimationis est:

IACOBI LEYDECKERI *historia ecclesiastica veteris et noui testamenti, a condito mundo vsque ad haec nostra tempora*, belgico sermone scripta, Dordraci MDCXCI. 8. ***

GOTTFR. ARNOLDI *kurzgefaste kirchen-historie der alten vnd neuen testaments*, Lipsiae MDCXCVII. MDCC. MDCCVIII. MDCCXXII. 8. quod compendium, ad studium historiae ecclesiasticae apte compositum, GOTTLIEB. STOLLIVS illustrauit in *den anmerckungen vber Arnolds kurtzgefaste kirchen-historie des alten vnd neuen testaments*, Ienae MDCCXLIV. 8.

CAMPEGII VITRINGAE *hypotyposis historiae et chronologiae sacrae, a mundo condito vsque ad finem seculi primi*, Franeckerae MDCXCVIII. MDCCVIII. Leoward. MDCCXVI. 8. quam iam supra inter scripta chronologica recensui;

ERICI BENZELII *breuiarium historiae ecclesiasticae veteris et noui testamenti*, quod MDCXCIX. 8. Vpsal. MDCCXVII. 12. ac saepius prodiit: *

IO. GVIL. ZIEROLDI *einleitung zur gründlichen kirchen-historie, mit der historia philosophica verknüpft, darin-*

* TENTZELII *monatliche vnterred*, 1694. p. 947. FABRICII *histor. biblioth. part.* V. p. 269. NICERONII *memoir. tom.* XXIX. p. 16.
** *tom.* I. p. 253.
*** *act. erudit. supplement. tom.* II. p. 61.
* *samlung von alten vnd neuen theol. sachen*, 1734. p. 616.

darinnen die kraft des creutzes christi, als der einige grund des wahren christenthums, wider die feinde des creutzes vom anfang der welt bis auf vnsere zeit vorgestellet wird, Stargard. MDCC. 4. post quam primam operis partem prodiit secunda, ita inscripta: *gründliche kirchenhistorie von der wahren und falschen theologie in einem wiedergebornen vnd vnwiedergebornen menschen, vom anfang der welt bis auf vnsere zeit*, Stargard. MDCCIII. 4. Prior pars exiit nouo hoc titulo: *philosophia aristotelico - scholastica, hæresium patrona et obstetrix; oder das aristotelische vnd scholastische christenthum, worinnen erwiesen wird, daß die rechtglaubigen väter der ersten kirche der platonischen philosophie obgelegen; hingegen aber der vrsprung aller ketzerey vnd verderbens aus der vermischung der aristotelischen philosophie mit der christlichen theologie herzuleiten sey*, MDCCXXXI. 4. * sola autem inscriptio; non ipsius libri editio, noua est. Iudicia de ingenii monimento hoc Zieroldi diuersa sunt. Alii id laudant: alii reprehendunt, in quibus præcipue isti se opposuit ac pro opinione, Platonis philosophiam fontem esse fanaticismi ac sic dicti pietismi, pugnauit CHRISTIANVS FRIDERIC. BVCHERVS libro, cuius titulus est: *menses pietistici, die tiefe des satans in dem hermetisch - zoroastrisch - pythagorisch - platonisch - cabbalistischen christenthum der pietisten vorstellend*, Vitembergæ MDCCV. 8. Iudices hos inter se discrepare, mirum non est, quum de rebus, eo tempore pietatis caussa controuersis, dissentirent atque in contrarias partes diuisi essent. Mea sententia Zieroldus multa tradidit, laude digna; dixit tamen et ea, quæ minus probanda sunt, maxime de Platone ac philosophia eius. Plus enim illi, quam par est, tribuit. Liber ipse ita scriptus est, vt non vniuersam historiam ecclesiasticam, iusto ordine enarratam, comprehendat; sed capita tantum quædam illius, quæ maxime cognationem cum historia philosophica habent et ad vim crucis christi spectant: **

* *samlung auserlesener materien zum bau des reichs gottes part.* 1. p. 33.

** FABRICII *histor. bibliothec. part.* V. p. 106. LILIENTHALII *theolog. biblioth. tom.* 1. p. 605. *vnpartheyisch. bibliothecar.* p. 249. ac quæ scripsi in *der einleitung in die religions - streitigkeiten der euangelisch - lutherischen kirche part.* 1. p. 798. *part.* V. p. 162.

Histoire du vieux et du nouueau testament, enrichie de plus de quatre cens figures en taille douce, Antuerpiae MDCC. fol. duobus tomis: *

MACE *abregé historique, chronologique et moral de l'ancien et du nouueau testament*, Parisiis MDCCIV. 4. duobus voluminibus: **

IACOBI BASNAGII *histoire du vieux et du nouueau testament, representée en tailles douces faites et dessignées par Romein de Hoogue, auec vne explication*, Amstelodami MDCCIV. fol. duobus tomis, qui liber non solum gallice iterum atque iterum prodiit, Amstelodami MDCCV. 4. MDCCVII. cum nouis imaginibus, aere expressis, ac Geneuae MDCCXII. 12. tribus tomis; verum etiam belgice. Quae Basnagius vtrique volumini praemisit, ea historiam veteris ac noui testamenti continent, cum eruditis adnotationibus, coniecturis ac disceptationibus: ***

EDMVNDI MACLOTI *histoire de l'ancien et du nouueau testament*, cuius prima pars de historia prioris foederis Nancii MDCCV. 8. secunda autem, quae res gestas ecclesiae posterioris foederis complectitur, Parisiis MDCCXII. 8. lucem adspexit: *

VICTORII SILVESTRI GRANDIS *storia ecclesiastica dalla creazione del mondo sino al secolo corrente*, Venetiis MDCCVIII. 4. tribus voluminibus: **

CHRISTIANI IVNCKERI *grundlegung zur kirchenhistorie; oder kurtzgefaster vnterricht in der kirchen-historie altes vnd neues testaments*, Hamburgi MDCCX. MDCCXXVII. 8. Quae in compendio hoc habetur, historia pietismi laudabilem quidem auctoris moderationem ostendit; nec satis autem adcurate; nec distincte illa enarrata est: ***

LVDO-

* *memoir. de Treuoux* MDCCIII. *mart.* p. 188.
** *iournal des sauans* MDCCV. *febr.* p. 158.
*** *acta erudıtor.* MDCCVI. p. 305. *memoir. de Treuoux* MDCCIX. *decembr.* p. 2152. BERNARDI *nouuelles de la republiqu. des lettres*, MDCCV. *april.* p. 395. *vnschuldige nachrichten* 1705. p. 775. 812.
* *acta erudıtor* MDCCXIII. p. 371. 374. *vnschuldige nachrichten*, 1713 p. 677.
** *ausführlicher bericht von allerhand neuen büchern* p. 478.
*** *vnschuldige nachrichten* 1710. p. 620.

LVDOVICI ELL. DVPINII *histoire de l'eglise en abregé par demandes et par réponses, depuis le commencement du monde iusqu' a present*, qui liber gallice sæpe in lucem emissus est, ita, vt Parisiis MDCCXII. duodecima editio quatuor tomis 12. prodiret * hancque alia ibidem MDCCXIV. eadem ordinis forma sequeretur. Translatus quoque fuit in linguam germanicam hæcque interpretatio iuris publici facta sub titulo: *kurtzer begriff der gantzen kirchen historie von anfang der welt bis auf unsere zeit, aus frag und antwort bestehend*, Ratisbonæ MDCCXIII. 8.

GVIL. NICHOLSII *historia sacra*, ab orbe condito vsque ad excidium hierosolymorum, libris septem, Londini MDCCXI. 12. **

GEORG. HENRICI A LAMBRECHT *catena temporum veteris et noui testamenti*, *historiam ab orbe condito ad annum christi* MDCCXIV. *connectens*, Viennæ MDCCXIV. 12.

SAM. THEODOR. SCHOENLANDII *catechetische anweisung zur kirchen - historie von anbegin der welt bis auf gegenwärtige zeit*, Dresdæ MDCCXVI. 12.

DE LANGES *histoire du vieux et du nouueau testament par demandes et par reponses*, *auec des reflexions morales*, Leodii MDCCXVIII. 8. tribus voluminibus: ***

AVGVSTINI CALMETI *histoire de l'ancien et du nouueau testament et des iuifs*, *pour seruir d' introduction a l'histoire ecclesiastique de l'abbe Fleury*, Parisiis MDCCXVIII. 4. duobus tomis: MDCCXXV. 8. septem voluminibus, ac MDCCXXIX. 4. *

FRDIERIC. ADOLPH. LAMPII *synopsis historiæ sacræ et ecclesiasticæ, ab origine mundi ad præsentia tempora, secundum seriem periodorum deductæ*, Traiecti ad Rhenum MDCCXXI. MDCCXXVI. MDCCXL. 8. ** Francofurti MDCCXXII. 8.

IOACHI-

* *memoires de Treuoux* MDCCXII. *octobr.* p. 1786. NICERONII *memoir. tom.* II. p. 43. *deutsche acta eruditor. volum.* I. p. 911.
** *acta eruditor.* MDCCXII. p. 395.
*** *iournal des sauans* MDCCXVIII. *octobr.* p. 475.
* *iournal des sauans* MDCCXIX. *ian.* p. 76. *samlung von alten und neuen theol. sachen*, 1733. p. 1082.
** *acta eruditor.* MDCCXXII. p. 29. *samlung von alten und neuen theol. sachen*, 1721. p. 266. 436. et 1723. p. 112.

IOACHIMI LANGII *historia ecclesiastica, a mundo condito vsque ad seculum a christo nato praesens; seu decimum octauum deducta et necessariis imperiorum ac rei litterariae synchronismis instructa*, Halae MDCCXXII. 8. * quae virtutibus compendii, ad vsum apte compositi, ornata est:

Vnpartheyische kirchen-historie alten vnd neuen testaments von erschaffung der welt, bis auf das iahr nach christi geburt, 1730. darinnen von der lehrer vnd anderer scribenten zu allen zeiten leben vnd schriften, von der lehre aller religionen, vom gottesdienst, kirchen-regiment, ketzereyen vnd trennungen, vom äusserlichen vnd innerlichen zustand der kirchen vnd von den dahin gehörigen nebensachen aufrichtig gehandelt wird, Ienae MDCCXXXV. 4. duobus tomis. Opus hoc coniunctim exhibet historiam ecclesiasticam veteris ac noui testamenti, quae antea separatim prodierat, sub titulo: *kurtze fragen aus der kirchen-historie altes testaments, nach der methode Io. Hübners*, Ienae ab anno MDCCXXIX. 12. tribus partibus, ac: *kurtze fragen aus der kirchen-historie des neuen testaments nach der methode Io. Hübners*, diuersis partibus, quarum prima Ienae MDCCXXIV. 12. ** lucem adspexit; post hanc autem sequentibus annis reliquae iuris publici factae sunt. Coeptum est opus hoc a IOANN. GEORG. HEINSIO ac postquam hic laboris sui finem fecerat, continuatum ab ERNESTO STOCKMANNO, IO. ANDR. FABRICIO, IO. CHRISTOPHOR. MYLIO et fortasse ab aliis:

CONRAD. MEL *kurtzer begriff der kirchen-historie des alten vnd neuen testaments, nebst einem biblischen gedächtnis-buch*, Cassel. MDCCXXXVIII. 8.

Commemoratis iam scriptis si quaedam alia adiungo, me a iusto mihique praescripto ordine haud discedere, saltem non longe, existimo. In illis est HVMPHREDI PRIDEAVX *the old and new testament connected in the history of the iews and neighbouring nations, from the declension of the kingdoms of israel and iudah to the time of christ*, id quod opus postquam primam lucem viderat, illud ita se

* *acta eruditor.* MDCCXXII. p. 452. *samlung von alten vnd neuen theologischen sachen*, 1722. p. 120.

** *samlung von alten und neuen theolog. sachen*, 1725. p. 464.

ſe commendauit, vt breuiori tempore non ſolum nouae editiones; ſed etiam interpretationes in conſpectum publicum venirent. Prima iſtius pars prodiit Londini MDCCXVI. 8. ſecunda ibidem MDCCXVIII. 8. Praeter alias editiones, Londini iam MDCCXVII. tertia fol. ac MDCCXXV. nona 8. quatuor voluminibus ſequuta eſt. * Gallice lucem adſpexit ſub titulo: *hiſtoire des iuifs et des peuples voiſins, depuis la decadence des royaumes d'iſrael et de iuda iusqu'a la mort de ieſus chriſt*, Amſtelodami MDCCXXII. 12. quinque voluminibus, ** ac Pariſiis MDCCXXVI. 12. ſeptem voluminibus. *** In germanicam linguam conuerſum idem opus eſt atque editum cum inſcriptione: *alt vnd neues teſtament, in eine connexion mit der iuden vnd benachbarten völcker hiſtorie gebracht*, ceter. interprete *Auguſto Tittelio*, Dresdae MDCCXXI. 4. * et iterum non ſolum eodem loco MDCCXXVI. 4. ** ſed etiam Berolin. MDCCXXV. belgice autem Lugduni Batauorum MDCCXXII. 4. *** RENAT. IOSEPHVS TOVRNEMINIVS dedit: *eclairciſſemens ſur quelques endroits de l'hiſtoire des iuifs de mr. Prideaux*. * Exſtat etiam: *lettre d'vn anonyme ſur l'edition de l'hiſtoire des iuifs par mr. Prideaux faite a Paris*. ** Auctor id maxi-

* BERNARDI *nouuelles de la republiqu. des lettres* MDCCXVII. p. 3. 193. DE LA ROCHE *bibliotheq*u. *angloiſ. tom.* I. p. I *tom.* III. p 484. *tom.* IV. p 42. *iournal des ſauans* MDCCXVIII. *ianuar* p. 119. *acta eruditor.* MDCCXVIII. p. 97. MDCCXXI. p. 482 *neuer bücher-ſaal der gelehrten welt, volum.* V. p. 772.

** *iournal des ſauans* MDCCXXII. *decembr.* p. 629. MDCCXXIII. *ianuar.* p. 3. CLERICI *biblioth. ancienn. et modern. tom.* XVI. p. 365.

*** *iournal des ſauans* MDCCXXVI. *iul.* p. 378. *memoires de Treuoux* MDCCXXVI. *nouembr.* p. 2099.

* *ſamlung von alten vnd neuen theol. ſachen*, 1721. p. 147. 1722. p. 85. REIMMANNI *catalog. biblioth. theolog.* p. 293.

** *ſamlung von alten vnd neuen theol. ſachen*, 1728 p. 799. LILIENTHALII *bibliſch-exegetiſch. biblioth.* p. 337. *nachleſe neuer bibliothec. volum.* I. p. 241. 688.

*** CLERICI *bibliotheq*u. *ancienn. et modern. tom.* XVI. p. 408. *tom.* XIX. p. 394 *ſamlung von alten vnd neuen theolog. ſachen*, 1723. p. 1072.

* *memoir. de Treuoux* MDCCXXVII. *ianuar.* p. 5.

** in *bibliotheque françoiſe tom.* VII. p. 145.

maxime agit, vt historiam sacram ac profanam coniungat: illam ex hac illustret ac confirmet: res gestas, quae in codice diuino commemorantur, in ordinem redigat ac quales earumdem sint temporum rationes, notet; speciatim autem prophetarum vaticinia ad illorum euentum referat. Cuncta haec magno cum iudicio atque adparatu eruditionis enarrat ac multum lucis scripturae sacrae adfert. In librum hunc veluti introductionem exhibet SAMVELIS SCHVCKFORDI ingenii monimentum, cuius inscriptio est: *the sacred and profane history of the world connected, from the creation of the world to the dissolution of the assyrian empire,* ceter. Prima illius pars sermone anglico Londini MDCC XXVIII. 8. * prodiit hancque secunda et MDCCXXXVIII. tertia sequuta est. Conuersum id est non solum in linguam gallicam, titulo hoc: *histoire du monde sacrée et profane depuis la creation du monde iusqu'a la destruction de l'empire des Assyriens*, ceter. *pour seruir d' introduction a l'histoire des iuifs du docteur Prideaux*, interprete *I. P. Bernard*, Lugduni Batau. MDCCXXXVIII. 8. duobus tomis; sed etiam germanicam, quae interpretatio lucem vidit, ita inscripta: *harmonie der heiligen vnd profanscribenten in der geschichte der welt von der schöpfung an bis zum vntergang der assyrischen monarchie*, auctore *Theodor. Arnoldo*, cum praefatione *Christoph. Wollii*, Berolini MDCCXXXI. 4. tribus voluminibus. **

Quodam modo et huc referre possum IACOBI SAVRINI *discours historiques, critiques, theologiques et moraux sur les euenemens les plus memorables du vieux et du nouueau testament*, quoniam illis multa argumenta explanantur, quae ad historiam sacram pertinent. Opus hoc postquam SAVRINVS scribere coeperat, illud ROQVESIVS et DE BEAVSOBRE continuarunt. SAVRINVS dedit quinque tomos suosque commentarios vsque ad mortem Saulis perduxit. Editionum altera lucem adspexit Amstelodami ab anno MDCCXX. fol. magnificis picturis, aeri incisis, ornata: altera formam maio-

* *iournal literair. tom.* XV. p. 1.

** *deutsche acta erudítor. volum.* XIV. p. 325. *früh aufgelesene früchte* 1738. p. 112. LILIENTHALII *biblisch-exeget. bibliothec* p. 341. REIMMANNI *accessiones ad catalogum bibliothec. theologic.* p. 194.

maioris ordinis octauam præ se habet: quasdam tantum figuras complectitur, adeoque splendore suo inferior est editione priore. Prodiit illius tomus primus Amstelodami MDCCXX. * secundus eodem loco atque anno: tertius ibidem MDCCXXX. quartus Hagæ comit. MDCCXXX. quintus eodem loco MDCCXXXVI. Addidit ROQVESIVS tomum sextum ac septimum Hagæ comit. MDCCXXXVI. MDCCXXXIX. ac quæ ad libros posterioris fœderis spectant, ea etiam accesserunt, studio DE BEAVSOBRE, patris et filii. ** Exstat duplex operis huius præclari interpretatio germanica, inter se diuersa. Prior enim comprehendit solas SAVRINI expositiones sub titulo: *discurse vber die gantze bibel*, ceter. ac constat duobus tomis, quorum alter a *Io. Tob. Wagnero*, Goslariæ MDCCXXII. 4. alter a *Caspar. Abelio* ibidem MDCCXXX. 4. compositus est. Posterior versio, a *Friderico Eberh. Rambachio* adornata, integrum opus, vti illud a SAVRINO, ROQVESIO ac DE BEAVSOBRE concinnatum est, exhibet germanice ac titulum præ se fert: *betrachtungen vber die wichtigsten begebenheiten des alten vnd neuen testaments.* Quatuor sunt illius partes, in lucem emissæ Rostochii, earumque prima MDCCXLV. cum præfatione *Siegm. Iacobi Baumgartenii*: secunda MDCCXLVI. tertia MDCCXLVII. ac quarta, quam RAMBACHIVS ad librum continuandum adiecit, MDCCXLIX. 4. *** Scriptis, quorum commemorationem adhuc feci, adnumerari solet: ONVPHRII PANVINII *chronicon ecclesiasticum*, Coloniæ MDLXVIII. fol. Louan. MDLXXIII. fol. italice Venetiis MDCLXXIV. 4. quo iudaicæ et christianæ ecclesiæ res, ad romanorum consulum et imperatorum annos redactæ, percensentur, a tempore Iulii Cæsaris vsque ad imperatorem Maximilianum II.

Lo-

* CLERICVS *bibliotbequ. ancienn. et modern. tom.* XII. p. 237. In *bibliotb. raisonnée tom.* I. p. 400. *tom.* II. p. 176. *tom.* XV. p. 428. recensetur editio hagiensis, quæ ab anno MDCCXXVIII. fol. prodiit.

** *acta eruditor.* MDCCXL. p. 594. MDCCXLI. p. 175. 341. MDCCXLII. p. 534. *iournal literair. tom.* XI. p. 464. *bibliotbequ. germaniqu. tom.* XXXIV. p. 51. *tom.* XXXVI. p. 82.

*** KRAFTII *theolog. bibliotb. vol.* I. p. 695. *vol.* III. p. 60. *vol.* IV. p. 829.

Locum hunc iis etiam auctoribus adsignare poss *historias biblicas* veteris ac noui testamenti dederunt, descriptæ sunt: in PHILIPPI GRAETERI *biblisch rie durch* XII. *veränderungen der kirchen gottes*, I MDCV. 4. tribus partibus: MATTHAEI VOGELI *grinatione ecclesiæ, das ist, biblischen kirchen-historie*, a *heiliger göttlicher schrift alten und neuen testament verfasset*, Argentorati MDCXXVIII. 12. quod scripi *Valentinus Andreæ* edidit: IO. CHRISTFRIED. TARII *biblischen historien des alten und neuen test* Altenburgi MDCXCI. MDCCI. 8. IO. HVBNERI *zwey und funfzig auserlesenen biblischen historien alten und neuen testament*, Hamburgi MDCCXIV. 8. ac sæpius Lipsiæ in 8. et 12. etiam gallice: IO. WA *hundert und vier auserlesenen biblischen historien*, cu fatione *Christophori Conrad. Besseri*, Lipsiæ MDCCX qui liber ad imitationem Hubneri concinnatus est: GESENII *biblischen historien alten und neuen test* Brunsuigæ MDCLVI. MDCCXIX. 8. Referri et huc p D. R. G. *abregé de la sainte bible, en forme de que de reponses familieres*, Rothomagi MDCCVII. * ac *choisie de l'ancien et du nouueau testament, auec de reflexions a la fin de chaque article*, Parisiis MDCCXXII vna cum IO. IACOBI SCHMIDTII *biblischen l oder einleitung zur biblischen historie und deren fü theilen, der geographie, chronologie, genealogie, vniue storie, biblischen scribenten, abgötter-historie und a ten*, Lipsiæ MDCCXXVIII. 8.

§. V.

In altera classe scriptorum vniuersalium ecclesiasticæ cum prioris; tum posterioris fœ locum habent, qui commentarios ea ratione cor runt, vt in illis res gestas ecclesiasticas ac ciuil sociarent atque vtrasque coniunctim descri Eiusmodi monimenta itidem vsum præbent i quum se studio historiæ sacræ addixerunt, adi illius illustrandæ adhibere volunt.

* *memoires de Treuoux* MDCCVIII. *febr.* p. 249.
** *iournal des sauans* MDCCXXII. *octobr.* p. 439.

Refero huc: ANDREAE HOII *historiam vniuersam, sacram et profanam*, Duaci MDCXXIX. fol. duobus voluminibus: ROBERTI BAILII *historiam sacram et profanam, a creatione mundi ad Constantinum magnum*, Amstelodami MDCLXIII. fol. GEERLOF SVIKERI *algemene kerkelyke en wereldlyke geschiednissen*, Amstelodami MDCCXXI. fol. ab orbe condito vsque ad obitum Guilielmi III. Angliae regis, quam historiam *Isaacus Verburgius* edidit: AVGVSTIN. CALMETI *histoire vniuerselle sacrée et profane, depuis le commencement du monde iusqu' a nos iours*, cuius tomus primus lucem vidit Argentorati MDCCXXXV. 4. * Omnis fere historia prioris foederis eo narrata est. Addi potest opus, inscriptum: *die allgemeine weltbistorie*, atque anglice, gallice ac germanice in lucem prolatum, vna cum aliis scriptis compendiisque historiae vniuersalis.

§. VI.

Praeter monimenta historiae ecclesiasticae vniuersalia, adhuc commemorata, exstant *particularia*, ea nimirum, quibus tantum prioris foederis res gestae narrantur; ita tamen inter se diuersa, vt alia spectent ad vniuersam historiam ecclesiasticam veteris testamenti; alia autem ad certa eius capita. Propter diuersitatem hanc ordinis ratio postulat, vt scripta haec, licet illa sint particularia, quatenus ad vniuersam historiam ecclesiasticam veteris testamenti referuntur, etiam in *vniuersalia* ac *particularia* diuidantur. Inter illa, quae *vniuersam* historiam veteris testamenti complectuntur, locum tenent:

IABOBI CAPELLI *historia sacra et exotica, ab Adamo vsque ad Augustum, demonstrationibus mathematicis fulta et documentis ethicis locupletata*, Sedani MDCXIII. 4. **

ANTO-

* *memoir. de Treuoux* MDCCXXXVII. *mai* p. 799. *acta eruditor.* MDCCXXXVI. p. 199.

** historia haec longe auctior in codice manuscripto exstat, quod refertur in indice scriptorum IACOBI AC LVDOVICI CAPELLI, eorundem *operibus* praemisso.

ANTONII BOLERANI *Florus christianus*, ab or dito vsque ad christi tempora, Parisiis MDCL MDCLXXIV. 4. *.

ARNAVLD D'ANDILLY *histoire de l'ancien te tirée de l'ecriture sainte*, Parisiis MDCLXX. fol. lib non magnam habet existimationem; attamen n omni vsu legendus est:

SAMVELIS CRADOCCI *the history of the old t methodiz'd, to wich is annex'd a short history of th affairs from the end of the old testament to the birth sauiour*, Londini MDCLXXXIII. fol. ** Auctor ad i me studium suum contulit, vt adcuratiorem anno riem exhiberet, totumque opus in septem capita; si dem mundi aetates diuisit ac quae in sacris libris sunt, ea explanauit:

NATALIS ALEXANDRI *selecta historiae ecclesia teris testamenti capita et in loca eiusdem insignia di nes historicae, chronologicae, criticae*, Parisiis MDCLXX sex voluminibus *** et MDCXCIX. fol. duobus vo bus, cum *historia ecclesiastica noui testamenti*, sex tom prehensa, id quod opus postea pluribus percensere, mihi est, quando scripta historiae ecclesiasticae noui enumeranda sunt:

RAGVENETI *histoire de l'ancien testament, di six liures*, Parisiis MDCXC. 12. *

IO. ANDR. SCHMIDII *compendium historiae e cae veteris testamenti*, Helmstadii MDCCVIII. 8. ** a litteris descriptum vna cum *compendio historiae ec noui testamenti*, quod postea sigillatim recensebo:

---

* alii eiusmodi libri, ad imitationem antiquioris scriptoris compositi, sub nomine eius prodierunt, vti: PETRI HAGENII *Florus christianus; siue historiae ecclesiasticae* libri Ioniae MDCXL. 8. AVGVST. RIBOTHI *Florus christianus* MDCLXVI. MDCLXXVII. 8. HIERONYM. PEXENE *Florus biblicus*, MDCLXXX. fol.

** *acta erudit.* MDCLXXXV. p. 205.

*** *actor. eruditor. supplement.* tom. I. p. 538.

* CAMVSAT *bibliotheque francoise* tom. I. p. 290.

** *acta eruditor.* MDCCVIII. p. 547.

Historia veteris testamenti ex elementis VALLEMONTII, cum IAC. BENIGN. BOSSVETI dissertatione de *successione religionis*, ex lingua gallica in latinam conuersa a *Petro Montmedy*, Ratisbonae MDCCX. 8.

IO. FRANCISCI BVDDEI *historia ecclesiastica veteris testamenti*, *ab orbe condito vsque ad christum natum*, *variis obseruationibus illustrata*. Prior tomus primum prodiit Halae MDCCXV. 4. posterior ibidem MDCCXVIII. ille iterum MDCCXVIII. hic autem MDCCXXI. quas editiones sequuta est tertia MDCCXXVI. MDCCXXIX. * Vniuersam historiam ecclesiasticam veteris testamenti auctor in duas periodos maiores, quarum altera a mundi et ecclesiae origine ad Mosen; altera a Mose ad christum vsque progreditur, diuisit: vtriusque interualla minora posuit eo modo, quem praecipue ecclesiae mutationes postulant. In istis fata ecclesiae descripsit atque enarrauit, quae religionis ac doctrinae: quae cultus dei externi: quae matrimoniorum ac status ciuilis ratio fuerit; nec litterarum studia librosque, qualibet aetate editos, praetermisit; praeterea autem de idololatriae origine, progressu variisque generibus edisseruit historiamque reliquarum gentium, earum maxime, quibus cum israelitis ac iudaeis intercesserunt commercia, subiunxit:

IO. HIERONYMI WIEGLEBII *ausführliche kirchenhistorie von erschaffung der welt bis auf christum*, tribus partibus, quarum prima prodiit Halae MDCCXVI. 4. secunda ac tertia ibidem MDCCXXIX. **. Res gestae prioris foederis in libro hoc adcuratiori ordine ac stilo perspicuo describuntur speciatimque de scriptis codicis sacri, eorum auctoribus, argumentis, temporibus diligenter exponitur:

* *acta eruditor.* MDCCXV. p. 490. MDCCXIX. p. 163. *republyk der geleerden* MDCCXV. *iul.* et *august. neue hällische biblioth. volum.* V. p. 265. *deutsche acta eruditor. volum.* IV. p. 102. *vnschuldige nachrichten* 1716. p. 109. *samlung von alten vnd neuen theol. sachen*, 1721. p. 932. *nachricht von den stollischen buchern*, *volum* I. p. 417. Reprehendit nonnulla operis huius CORNEL. DIETERIC. KOCHIVS in *annalibus academiae iuliae part.* IV. p. 192. defendit se autem a censura hac iniqua BVDDEVS in *notitia dissertationum aliorumque scriptorum* suorum p. 54.

** *vnschuldige nachrichten* 1716. p. 365. *acta eruditor.* MDCCXXIX. p. 452.

IO. CHRISTIANI LANGII *grundlegung zu einer realen kirchen-historie des alten testaments*, Lipsiæ MDCCXVII. 8. *

IO. CHRISTIANI NEHRINGII *allgemeine historie des alten testaments*, Lipsiæ MDCCXVII. 8.

IOACHIMI LANGII *historia ecclesiastica veteris testamenti, a mundo condito per septem periodos vsque ad christum natum deducta, cum isagoge exegetica in libros sacros, præcipue historicos. Accedunt synchronismi historiæ exoticæ, ciuilis et litterariæ, speciatim philosophicæ*, Halæ MDCCXVIII. 4. ** vbi varia argumenta, quæ inprimis ad illustrandos libros veteris testamenti pertinent, diligenter ac copiose explanata sunt, ipseque liber ita compositus est, vt ab eo exspectanda sit vtilitas:

IGNATII HYACINTHI AMAT DE GRAVESON *historia ecclesiastica veteris testamenti*, Romæ MDCCXXIII. MDCCXXVII. 8. tribus tomis: Augustæ Vindelic. MDCCXXVII. fol. Venetiis MDCCXXXII. 4.

IO. IACOBI RAMBACHII *collegium historiæ ecclesiasticæ veteris testamenti; oder discours vber die kirchen-historie des alten testaments von erschaffung der welt bis auf die geburt christi, mit exegetischen, typischen vnd sonderlich moralischen anmerkungen, wie auch einer einleitung vber alle bucher alten testaments*, cum *Ernesti Friderici Neubaueri* adnotationibus ac præfatione, Francofurti et Lipsiæ MDCCXXXVII. 4. duobus voluminibus: ***

Kern der kirchen-historie, veteris nimirum testamenti, *im weltlichen, geistlichen vnd hausstande, nach anleitung der rechenbergischen summarien vnd iunckerischen grundlegung in tabellen verfast*, Torgau. MDCCXLVI. 4.

§. VII.

Scripta historiæ ecclesiasticæ veteris testamenti *particularia* eam rationem præ se habent, vt quasdam tantum illius partes; siue certa capita complectantur. Quemadmo-

* *vnschuldige nachrichten*, 1717. p. 144.

** *memoires de Treuoux* MDCCXIX. *mart.* p. 373. *acta eruditor.* MDCCXVIII. p. 61. *vnschuldige nachrichten*, 1718. p. 158.

*** *deutsche act. eruditor. volum* XIX. p. 367.

admodum ea varii ac diuersi generis sunt; ita quoque ingenii monimenta inter se differunt, siue ad *tempus*, ad quod illa spectant; siue ad ipsas *res* enarratas animum aduertere velimus. Quodsi ad *tempus* respiciamus, fuerunt, qui in narranda atque illustranda historia hac quoddam tantum illius spatium sibi praescriberent. Ad hunc scriptorum particularium ordinem referri debent:

IO. THOM. FREIGII *mosaicus, continens historiam ecclesiasticam* MMCCCCXCIV. *annorum, ab orbe condito vsque ad Mosis mortem*, Basileae MDLXXXIII. 8.

IACOBI BOVLDVCII *de ecclesia ante legem libri tres, in quibus indicatur, quis a mundi principio vsque ad Mosen fuerit ordo ecclesiae, quae festa, quae templa, quae sacrificia, qui ministri, quiue ritus et ceremoniae*, Lugduni MDCXXVI. Parisiis MDCXXX. 8. quo libro multa continentur, aperte commentitia ac futilia:

BALTHAS. BEBELII *ecclesia antediluuiana, vera et falsa, ex antiquitatibus mosaicis eruta*, Argentorati MDC LXV. MDCCVI. 4. eiusdem *historia ecclesiae noachicae, ex vetustissimis sacrarum litterarum antiquitatibus eruta et suffragio ecclesiae christianae illustrata*, Argentorati MDCLXVI. et MDCCVI. 4. qui vterque liber vtilis est ac praeter alia, ostendit, qualis tempore isto fuerit ratio dogmatum, verorum ac falsorum:

I. R. C. *historia veteris testamenti antediluuiana, ex recentioribus Gallorum, Anglorum, Italorum, Germanorum, Belgarum, ceter. scriptis collecta et per compendium tradita atque selectis obseruationibus illustrata*, Lipsiae MDCCXXII. 4. vbi ex praestantissimis auctoribus breuiter quidem; perspicue tamen enarrantur, quae in hac historiae ecclesiasticae parte memoria ac lectione digna sunt. * Referri etiam ad locum hunc possunt: GVILIEL. TVRCKII *specimen historiae sacrae a mundo condito ad exitum israelitarum, vna cum primordiis gentium Assyriorum et Babyloniorum*, Halae MDCCXII. 8. ** ac

* *sammlung von alten und neuen theolog. sachen*, 1723. p. 759.

** *vnschuldige nachrichten*, 1712. p. 1058.

THOM. TANNERI *origo ac incrementum primae dei ecclesiae*, anglice, Londini MDCLXXXIII. 8. *

§. VIII.

Alia eiusmodi ſcripta locum habent inter monimenta, particularia *rerum* cauſſa, de quibus notitiam ſuppeditant. Commemorantur enim illis ſingularia capita eorum, quae in eccleſia veteris teſtamenti facta geſtaque ſunt. Propter varietatem harum rerum ordinis leges poſtulant, vt libri, qui illis lucem adferunt, in claſſes, rite conſtitutas, diuidantur, ſi diſtinctam eorum cognitionem nobis adquirere velimus. Primum locum adſigno monimentis, quae ſpeciatim de *gente iudaica* eiusque fatis narrationem complectuntur, quum hiſtoria eccleſiaſtica prioris foederis praecipue ad nationem hanc ſpectat.

Inter veteres principem locum tuetur FLAVIVS IOSEPHVS gente et religione iudaeus, qui reliquit libros ſeptem de *bello iudaico* ac praeter hos, libros viginti ἀρχαιολογίας, id eſt, *antiquitatum*; vel vt alii loquuntur, *originum iudaicarum*. In his gentis iudaicae hiſtoriam ab orbe condito vsque ad duodecimum Neronis annum perſequitur quumque ea, quae in ſcriptura ſacra de rebus iudaeorum habentur, non ſolum continuat; ſed etiam breuius dicta amplificat atque illis lucem adfert, non ſine vtilitate in ſtudio hiſtoriae eccleſiaſticae veteris teſtamenti conſulitur. De fide tamen eius atque integritate ſententiae doctorum virorum diuerſae ſunt. Nonnulli reprehendunt in eo nunc ſummam mentiendi libidinem; nunc negligentiam, fraudem atque adulationem; nunc ſtudium, dignitatem atque auctoritatem miraculorum Moſis et aliorum minuendi. Alii fatentur quidem, eum vitiorum haud expertem eſſe atque interdum diſcedere a veritate; recte tamen ſtatuunt, hoc non impedire, quo minus praeſtantiſſimis hiſtoricis recte adnumeretur. Ex quibusdam enim erroribus haud fieri poteſt argumentatio, reliqua, quae commemorauit, nulla fide digna eſſe. Multae ſunt Ioſephi editiones. Inter recentiores, easque graecas ac latinas, locum habent: EDVAR-

* *acta eruditor.* MDCLXXXVI. p. 245.

EDVARDI BERNHARDI, Oxonii MDCC. fol. quae autem non omnia Iosephi scripta complectitur, quoniam auctor, morte impeditus, coeptum opus haud perficere potuit: IO. HVDSONI, qui vt titulus habet, *opera Iosephi omnia ad codices fere omnes cum impressos; tum manuscriptos diligenter recensuit, noua versione donauit et notis illustrauit*, Oxonii MDCCXX. fol. duobus tomis: * SIGEBERTI HAVERCAMPI, quae editio inter omnes praestantia sua ac splendore eminet atque vtilissima est. Accesserunt non solum notae BERNARDI, GRONOVII, COMBEFISII, SIBRANDAE, ALDRICHII, vt et antea nondum editae in vniuersa Iosephi opera COCCEII, SPANHEMII, RELANDI ac selectae aliorum; sed etiam in fine: DAVBVZII libri *pro testimonio Iosephi de iesu christo* et eiusdem argumenti epistolae XXX. virorum doctorum philologicae et historicae: BRINCHII *examen chronologiae et historiae iosephicae:* OTTII *animaduersiones ad Iosephum et specimen lexici flauiani:* NOLDII *historia idumaea*, Amstelodami MDCCXXVI. fol. duobus tomis. ** Editionem lipsiensem anni MDCXCI. fol. commendant maxime *prolegomena*, quibus THOM. ITTIGIVS istam ornauit. Conuersa sunt Iosephi scripta in varias linguas, anglicam, belgicam, gallicam, germanicam, hispanicam, italicam. ***

Quae sub HEGESIPPI nomine in lucem prodiit, historia iudaeorum, a tempore maccabaeorum vsque ad euersa Hierosolyma, non composita ab Hegesippo, scriptore seculi post natum christum secundi; nec ab alio infimae vetustatis; aut ab auctore, qui tempore Theodosii vixerit; sed, vti eruditissimi viri non sine magna probabilitate suspicantur,

* *acta erudītor.* MDCCXXII. p. 235.

** *samlung von alten vnd neuen theolog. sachen* 1728. p. 248. *acta erudītor.* MDCCXXVII. p. 385.

*** de editionibus ac versionibus Iosephi videantur: FABRICIVS *bibliothec. graec. volum.* III. p. 242. ac ITTIGIVS *prolegomen.* quae memoratae editioni lipsiensi Iosephi praemisit: adde BVDDEI *historiam ecclesiastic. vet. testam. tom.* I. p. 10. 10. FABRICII *historiam bibliothec. part.* II. p. 386.

cantur, ex Iosepho in linguam latinam ab Ambro
translata; fuit, vt quædam adderentur. IOS
GORIONIDIS historia iudaica ebraice a
ne lucem adspexit cura *Sebastiani Münsteri*,
MDXLI. fol. cum eius latina interpretatione ac non
editio nec admodum emendata est; nec integra.
illa ac pleniores sunt editiones, quas IO. GAG
Oxonii MDCCVI. * 4. ac IO. FRIDERIC.
HAVPTVS, Gothæ MDCCVII. et Lipsiæ MDCCX. 4. **
nouis latinis versionibus atque adnotationibus de
De Iosepho hoc ipso, quis fuerit ille, sententias
discrepare, constat. Quidam christianorum ac multi
rum ebræorum existimant, eum esse eumdem cum
Iosepho; alii autem recte hoc negant ac statuunt,
Flauio Iosepho diuersum ac longe recentiorem es
vel ex eo patet, quod multis gentium, vrbium, flu
nominibus vsus est, quæ aliquot post Flauium Io
seculis orta sunt, fabulasque plane ineptas et a g
Flauii Iosephi alienas adtulit. Inter iudæos po
fuerunt, qui lingua ebræa gentis suæ historiam scri
vti monstrant: liber *prosapiarum*, cuius auctor
ABRAHAM BEN R. SAMVELIS ZACVTI
catena cabbalæ, composita a R. GEDALIA BEN
SEPH IACHIA, qua itidem historia iudaica a pr
rum origine vsque ad scriptoris tempora continetur
traditionis, doctrinæ videlicet, a Mose ad posteros tra
sæ, cuius auctor ABRAHAM BEN DAVID HALLEVI
vt ab aliis vocatur, BEN DIOR, chronologiam et hi
a mundi initio vsque ad annum christi MCLXI. ex
ordo mundi maior; siue historia orbis a rerum o
vsque ad ætatem Adriani, qui bello subegit Cosiban
sum messiam, cuius auctor fertur R. IOSE BEN C

* CLERICI *bibliothequ. choisi. tom.* XXIII. p. 169. *actor.* er
supplement. tom. IV. p. 12.

** CLERICI *bibliothequ. choisi. tom.* XXIII. p. 188. vl
XXV. p. 42. exstant: GAGNIERI *animaduersiones in Gorionidis editionem ebræo-latinam, a Io. Frideric. Brei catam*, et antea p. 38. eiusdem *epistola* ad Breithauptum, *eruditor. supplement. tom.* IV. p. 111.

PETA; item præter *chronicon mundi minus*, R. DAVID GANZ *germen Dauidis*, qui liber sacram et profanam temporum, auctorum, dictorum et factorum rationem a mundo condito ad annum christi MDXCII. complectitur. In scriptis his iudæi multa tradunt, quæ ficta ac commentitia sunt: vera falsis miscent atque adfectibus erga gentem suam nimium indulgent. Alia, quæ in istis habentur, aperte falsa sunt: alia ita comparata, vt lectorem dubium reddant, num ea amplecti; an repudiare debeat. *

Recentiori tempore itidem fuerunt, qui rebus iudæorum describendis se addicerent, easque partim generatim; partim speciatim; siue quædam tantum illarum capita illustrarent. Ingenii monimenta, quæ generatim ad historiam iudæorum pertinent, nunc memoranda prodierunt:

PAVLLI EBERI *historia iudaica, a reditu babylonico vsque ad vltimum excidium hierosolymorum*, Vitembergæ MDXLVIII. MDLXII. 8. germanice sub titulo: *beschreibung derer geschichten des iüdischen volcks, nach dessen wiederkunft aus dem babylonischen gefängnis bis auf die zerstörung Ierusalem*, Norimbergæ MDCLXVII. 4. gallice: *l'etat de la religion et republique du peuple iudaique*, MDLXXXI. 8. **

IO. IACOBI SCHVDT *compendium historiæ iudaicæ, ad ductum Iustini histor. libr.* XXXVI. *potissimum ex gentilium scriptoribus collectum*, Francofurti ad Mœn. MDCC. 8. *** eiusdem opus præstantissimum inscriptum: *iüdische merckwürdigkeiten*, quatuor partibus, quarum tres priores Francofurti ad Mœn. MDCCXIV. quarta autem et vltima ibidem MDCCXVIII. 4. in lucem prodierunt: *

PAVLLI MEZGERI *sacra historia de gentis ebraicæ ortu, progressu satisque sub patriarchis, iudicibus et regibus, inde ab Abrahamo vsque ad captiuitatem babylonicam*, Augustæ Vindelic. MDCC. fol. **

* plures scriptores ebræi de rebus iudaicis recensentur in WOLFII *bibliothec. ebr. part.* II. p. 1072.

** VOETIVS *selectar. disputation. theologicar. part.* II. p. 78. meminit interpretationis belgicæ.

*** *acta eruditor.* MDCC. p. 512.

* vide *bibliothecæ* huius *tom.* I. p. 887. vbi memoraui eos, qui opus hoc percensuerunt.

** *memoires de Treuoux* MDCCII. *mai.* p. 371.

IACOBI BASNAGII *histoire et religion des iuifs puis iesus christ iusqu'a present*, Roterodami MDCC 8. quinque tomis, et iterum cum accessionibus gæ comit. MDCCXVI. 8. de quo opere alibi * edisserui. Pertinet id quidem non tam ad veteris noui testamenti historiam; isti tamen aliquid lucis ad

IO. CRVLLII *the iewish history, from the creati the world to his present time*, Londini MDCCVIII. 8. bus voluminibus, cuius compendii auctor testatur, se ex Iosepho, a *Rogerio Lestrange* anglice conuerso, tal Maimonide, Leone Mutinensi, Seldeno, Spencero, Ba collegisse: **

ANONYMI *meditationes de historia iudæorum a bandam inde veritatem religionis christianæ. Præmiss compendium historiæ iudæorum ab eo tempore, quo romanæ facti sunt, vsque ad excidium reipublicæ iud* anglice, Geneuæ MDCCXXI. 12. duobus tomis, *** qu quamuis non historiam iudæorum eamque pleniore iusto ordine enarratam exhibeat; is tamen varia argu ta, ad istam illustrandam comparata, persequitur:

ISAACI IOSEPHI BERRVYERI *histoire du pe dieu, depuis son origine iusqu' a la naissance du messi des seuls liures saints, ou le texte sacre des liures de l' testament reduit en vn corps de histoire*, Parisiis MDCCX 4. septem tomis, * post quam primam editionem se prodiit, Parisiis MDCCXXXIV. 4. cum supplemento, separatim in lucem emisso, sub titulo: *supplement a la miere edition de l'histoire du peuple de dieu, tirée de la uelle edition de* MDCCXXXIV. *contenant la suite des pro de l'ancien testament, l'histoire de Iob, les cartes neces*

---

* *bibliothecæ* huius *tomo* 1. p. 886. De priore editione BERNARDI *nouuelles de la republiqu. des lettres* MDCCVII. p. 416. *nouembr*. p. 515. *decembr*. p. 627. MDCCVIII. *ianuar*

** *memoires de Treuoux* MDCCX. *febr*. p. 361. *acta eruditor* p. 103.

*** *acta eruditor*. MDCCXXII. p. 294.

* *memoir. de Treuoux* MDCCXXVIII. *octobr*. p. 1… *sauans* MDCCXXIX. *ianuar*. p. 3. *iournal literair* p. 533.

pour l'intelligence de l'histoire sainte, des sommaires chronologiques et vn table generale des matieres, Parisiis MDCCXXXIV. 4. Opus hoc, quum id cœptum esset, continuauit atque in lucem protulit cum: *histoire du peuple de dieu depuis la naissance du messie iusqu'a la fin de la sinagogue;* tum: *histoire du peuple de dieu, troisieme partie, ou paraphrase litterale des epitres des apotres*, ceter. MDCCLVIII. Proscriptum illud est iterum iterumque a curia romana atque in indicem librorum prohibitorum relatum, in primis postquam id in sermonem italicum conuersum fuerat, quam censuram ob res de patriarchis et aliis fictas ac varias sententias falsas expertum est. Notantur quoque errores, iesuitarum proprii, fidei pariter ac vitæ, qui in libro hoc disseminati sint, in *instruction pastorale de l'eueque de Montpellier*, iterum litterarum formis impressa Vltraiecti MDCC XXXII. 8. Numerari et opus hoc potest inter scripta generalia historiæ ecclesiasticæ veteris testamenti: *

BERNARD MAHY *histoire du peuple hebreu, tirée de l'ecriture sainte, depuis la creation du monde iusqu'. a la ruine entiere de la sinagogue sous Tite et Vespasien*, Leodii MDCCLII. 8. tribus tomis:

LVDOVICI HOLBERGII *iudische geschichte von erschaffung der welt bis auf gegenwärtige zeiten*, Altonæ MDCCXLVII. 4. liber ab auctore sermone danico scriptus; a *Georgio* autem *Augusto Dethardingio* in linguam germanicam conuersus atque additamentis eorum, quæ ab Holbergio prætermissa fuerant, locupletatus. ** Addi possunt: LVDOVICI CAPELLI *compendium historiæ iudaicæ, ex Iosepho contractum*, quod cum eiusdem *historia apostolica illustrata* Geneuæ MDCXXXIV. 4. prodiit et IACOBI GRONOVII *decreta romana et asiatica pro iudæis ad cultum diuinum, per Asiæ minoris vrbes secure obeundum, ab Iosepho libro* XIV. *archæologiæ collecta; sed male inter-*

* in *parergis gœttingensib. tom.* 1. *libr.* 1. p. 81. exstat: *exemplum iudicii reuisorum in collegio romano societatis iesu, de libro gallico, cui titulus:* histoire du peuple de dieu, *et specialiter de explicatione quarumdam prophetiarum, quæ in eo continentur*, a *Crusio* ex manuscripto cum adnotationibus primum editum.

** vid. *bibliothecæ* huius *tom.* 1. p. 887.

interuersa et expuncta, *nunc in publicam lucem* re
Lugduni Batauorum MDCCXII. 8.

Alia scripta, quæ ad historiam de gente iudaica
que rebus pertinent, singularia illius argumenta
ctuntur, cuius generis exstant:

I. de *israelitarum exitu ex Aegypto atque itineribus*, TI
DAEI DVNI liber de *peregrinatione in Aegypto*, I
MDXCVII. MDCII. 4. *historia Pharaonis*, *ex secundi*
Mosis eiusque XV. prioribus capitibus excerpta, *cum*
lysi theologico-exegetica, sine mentione loci MDCC
G. N. OCKELII *iter israelitarum ex Aegypto in te*
Canaan, Rostochii MDCCVII. AD. ERDMANN.
reise der israeliten, Lipsiæ MDCCXIV. 12. * TI
MAE BROMLEY *reisen der kinder israel*,
den verfasser englisch beschrieben 1673. *nun ins de*
übersezt von A. W. B. Francofurti MDCCXXIII. 8.
AEGIDII STRAVCHII disputationem de *paschate*
et exodo israelitarum ex Aegypto: IACOB. MARIAI
ROLI dissertationem chronologicam de *exitu isr*
Aegypto. **

II. de *republica iudaica*, *iudicibus regibusque iud*
BONAVENTVR. CORNEL. BERTRAMI *politia i*
tam ciuilis; *quam ecclesiastica*, Geneuæ MDLXXIV. MDLX
Lugduni Batau. MDCXLI. 12. cum notis *Constantin.* L
pereur ac MDCLI. 24. *** CAROLI SIGO
de *republica ebræorum* libri VII. Medioburgi MDCLX
Francofurti MDCLXXXV. 8. ac *variis adnotati*
et antiquitatibus veteris et noui testamenti, *in the*
maxime necessariis, *illustrati et duplo fere auctiores*
diti, *ab erroribus purgati et in lucem alteravice edi*
IO. NICOLAI, Lugduni Batauorum MDCCI. 4. qua
tio præclara est atque opus ipsum multum commend

* *vnschuldige nachricht*, 1714. p. 171.

** in MENOCHII *commentar. in sacr. scriptur. tom.* II. p. 40
Venet. MDCCXXII. adde LIGHFOOTI *itinera et man*
litarum in exitu ex Aegypto, quæ sunt in eiusdem oper

*** est in VGOLINI *thesaur. antiquitatum sacrar. tom.*

**** *acta eruditor.* MDCCII. p. 61. Libri hi SIGONII
in MENOCHII *commentar. in scriptur. sacr. tom.* II.

PETRI CVNAEI liber de *republica ebraeorum*, qui Lugduni Batauorum MDCXVII. 8. Amstelodami MDCLXVI. 12. ac cum amplioribus notis *Io. Nicolai*, Lugduni Batauorum MDCCIII. 4. * prodiit; belgice autem adnotationibus *Guil. Goeree* ac gallice iisdem notis illustratus, Amstelod. MDCCV. 8. tribus tomis editus ac postea a IACOBO BASNAGIO in *antiquitez iudaiques; ou remarques critiques sur la republique des hebreux*, Amstelodami MDCCXIII. 8. continuatus est: HERMANNI CONRINGII disputatio de *politia; siue republica ebraeorum*, Helmstadii MDCXLVIII. quae merito in magna existimatione ac laude est: ** IO. STEPHANI MENOCHII de *republica ebraeorum* libri VIII. Parisiis MDCXLVIII. MDCLII. fol. IOACH. LVDOVIC. REIMERI *respublica ebraeorum*, Hanou. MDCLVIII. 4. Altenburgi MDCLXXI. Rostochii MDCCX. *** WOLFG. CHRIST. WERNERI disputatio de *republica ebraeorum*, Vitembergae MDCLVII. ADRIANI HOVTVYNI *monarchia ebraeorum, hoc est, de imperio monarchico in populum ebraeum ante Saulem*, Lugduni Batauorum MDCLXXXV. quem ADAM. RECHENBERGIVS confutauit in dissertatione de *ficta ebraeorum monarchia ante regem Saulum*: * GEORGII WENDII *disquisitiones theologico-politica de republica ebraeorum*, Thorun. MDCXCVI. MDCXCVII. MELCHIORIS LEYDEKKERI opus de *republica ebraeorum*, duobus tomis, quorum prior exponit de sacerrima gentis origine et statu in Aegypto, de miraculis prouidentiae diuinae in reipublicae constitutione, de theocratia, de illius sede et ciuibus, de regimine politico, de religione publica et priuata, Amstelodami MDCCIV. fol. posterior vero de vario

edit. Venet. MDCCXXII. fol. cum notis *Maffei* in SIGONII *oper. tom.* IV. p. I. cum notis *Nicolai* in VGOLINI *thesaur. antiquitat. sacr. tom.* IV. p. 120.

* opus hoc exstat in VGOLINI *thesauro antiquitatum sacrarum tom.* III. p. 460.

** locum obtinuit in CRENII *opusculis, ad histor. et philolog. sacr. spectantib. fascicul.* II. p. 235. adde: BVDDEI *introduction. ad histor. philosoph. ebraeorum* p. 483.

*** *neuer bücher saal der gelehrten welt, volum.* I. p. 335.

* exstat in eiusdem *dissertationibus historico-politic. part.* I. p. 334.

rio reipublicæ ebræorum ſtatu, ſpeciatim de regno i
lis et Iudæ, de ſtatu decem tribuum in exilio aſſyria
iudæorum in babylonico, de reſtitutione reipublicæ ebræ
per Cyrum, de reſtitutæ hiſtoria vsque ad Alexan
magnum, Haſmonæos ceter. ibidem MDCCX. fol. i
cem exiit: * THOM. LEWIS *origines ebræ
antiquities of the hebrew republick*, Londini MDCC
8. quatuor voluminibus, quibus de regimine ciui
que eccleſiaſtico; de cultu diuino, locis ſacris, ſac
aliisque rebus ebræorum agitur. Primis temporib
regiminis apud gentem ebræam ratio fuit, vt *the*
locum haberet deusque ipſe ſummam rerum teneret
qua commentati ſunt: HERMANNVS WIT
oratione de *theocratia iſraelitarum:* ** CH
STOPH. BLECHSCHMIDIVS *exercitation
theocratia, in populo ſancto inſtituta*, Vitemb. MDCL
IO. FIDALCKIVS in *theocratia iudaica, ex hiſtoria ſa
antiquitatum monimentis delineata*, Lipſiæ MDCLXX
Hiſtoriam iudicum iſraelitarum generatim illuſtra
GVSTAV. GEORG. ZELTNERVS in *adoleſcentu
publicæ iſraelitarum; ſeu de iudicum temporibus his
ximis in* I. *reg.* VI. *et actor.* XIII, 20. *exercitatio*
torfii MDCXCVI. 8. DAN. GVIL. MOLL
diſſertatione de *duodecim iudicibus iſraelitarum*,
torfii MDCCIX. CHRISTOPH. HENR
RITMEIERVS commentatione de *vario re
ebræorum ſtatu ſub iudicibus*, Helmſtadii MDCCX
HENR. GOTTLIEB. REIME *tractatu p
gico critico de numero annorum regiminis iudicum
Saulis, regis iſraelitarum primi*, Ienæ MDCCXIV
Iis, quæ de regibus iſraelitarum in ſacro codice
bentur, lucem adferunt: GISBERT. VOET
disquiſitione de iure regio ebræorum: *** G

---

* *acta erudItor.* MDCCV. p. 97. et *tom.* V. *ſupplement.*

** præmiſſa eſt GOODWINI *Moſi et Aaroni*,
menſis.

*** *ſelectar. diſputation. theologic. part.* IV. p. 211.

SCHICKARDVS in *iure regio ebraeorum*, Argentorati MDCXXV. 4. et cum animaduersionibus et notis *Io. Benedict. Carpzouii*, Lipsiae MDCLXXIV. 4. IO. LEVSDENIVS in *dissertationibus de regibus ebraeorum*, * quibus scriptis adiungi possunt: REIN. REINECCII *familia regum iudaeorum*, Lipsiae MDLXXII. ** IO. PAPPI *historische beschreibung aller könige vnd propheten im volck gottes*, Francofurti ad Moen. MDXCII. 4. ANDREAE HOLLANDRI *spiegel guter vnd böser regenten, im lebenslauf der* XIX. *könige Iuda vnd Beniamin*, Francofurti MDCLXII. MDCLXXXII. 8. Quibusdam scriptis speciatim expositum est de vita rebusque vnius; aut quorumdam tantum regum iudaicorum, praesertim Dauidis ac Salomonis, quo spectant: IVSTI SOLDANI *kæniglicbe krone des vralten reichs des volks Israelis vnter den zwölf stämmen, das ist, vorstellung des lebens, sitten, staats vnd regierung derer könige Sauls, Dauids vnd Salomons*, Cassel. MDCLXVIII. fol. IO. MATTH. HASII *regni dauidici et salomonaei descriptio geographica et historica*, Norimbergae MDCCXXXIX. fol. *** DE CHOISY *histoire de la vie de Dauid*, Amstelodami MDCXCII. MDCCXV. 12. PATRIK. DELANY *vita Dauidis*, anglice scripta et germanice reddita a *Christian. Ernesto von Windheim*, sub titulo: *historische vntersuchung des lebens vnd der regierung Dauids*: IO. DE PINEDA libri VIII. de *rebus Salomonis*, Lugduni MDCIX. Moguntiae MDCXIII. Antuerpiae MDCXX. fol. DE CHOISY *vie de Salomon*, Parisiis MDCLXXXVII. 8. cuiusmodi plura monimenta in lucem prodierunt; quo minus autem adcuratiorem illorum commemorationem faciam, instituti mei ratio impedit.

III. de *captiuitate babylonica*, CHRISTOPH. CELLARII disputatio *de captiuitate babylonica*: * IO. VORSTII

* in eiusdem *philologo ebraeo-mixto* p. 158.
** sunt istae in HENNINGII *theatr. genealogic. tom. I.*
*** *acta eruditor.* MDCCXL. p. 203.
* in *dissertationibus* eiusdem *academ.* p. 178.

VORSTII *exercitatio de septuaginta annis captiuitatis et vastitatis hierosolymitana:* * IO. A BE dissertatio de *termino a quo et ad quem septuaginta annorum babylonicæ captiuitatis; vel seruitutis,* ** quibus addantur: NICOL. ABRAMI *babylonica seu de transmigratione Babylonis liber:* *** AVGVSTINI CALMETI *dissertation sur le pays, où les dix tribus d'israel furent transportées et sur celui, où elles sont auiourd' hui:* * eiusdem *dissertation, ou l'on examine si les dix tribus sont reuenues de leur captiuité dans le pays d'Israel.* * *

IV. de *principatu Maccabæorum,* GEORGII ERICI PHI-TRANI; siue qui sub nomine hoc latet, GVNTHERI HENRICI PLATNERI, *** *exercitatio de sceptri iudaici ablatione:* * CHRISTOPHORI CELLARII dissertatio de *Cn. Pompeii magni expeditione iudaica; siue initio ablati Iuda sceptri,* ** vna cum GOTTLIEB. WERNSDORFFII *commentatione de fide historica librorum Maccabæorum, contra Erasmum Frœlichium,* Vratislav. MDCCXLVII. 4.

V. de *historia Herodum,* CHRISTOPH. NOLDII *historia idumaea; seu de vita et gestis Herodum diatribe,* cum notis in Iosephum ac vindiciis pro eo responsionibusque contra Baronium, Serarium, Salianum et alios, Franeq. MDCLX. 12. *** CHRISTOPHORI CELLARII dissertatio, *qua Iosephi de Herodibus historia a νοθείας suspicione contra Ioannem Harduinum iustis vindiciis adseritur.*

---

* exstat in eius *exercitation. academic.* διμαρ.! Rostochii ... 4. et in CRENII *opusculis, quæ ad historiam ac philologiam ... spectant, fascic.* III. p. 693.

** legenda est in IKENII et HASAEI *thesauro nouo theologico-philolog. tom.* I. p 954.

*** in eiusdem *pharo veter. testam.* p. 283.

* in eius *commentaire sur la bible tom.* III. p. 10.

** *ibidem tom.* VI. p. 356.

*** vide PLACCII *theatr. pseudonymor.* p. 496.

* est in GRAEVII *syntagmat. variar. dissertation. rariorum* ...

** *dissertationib.* eiusdem *academicis.* p. 35.

*** diatriben hanc HAVERCAMPVS adiecit IOSEPHI ... II. *adpendic.* p. 331.

cie de libris eius canonicis, apocryphis, deperditis, f
Lipsiæ MDCXXXVI. 4. Vitembergæ MDCLXVIII. 4. i
ibidem MDCCIII. fol. quæ editio in inscriptione la
quidem tamquam *emendata et in aliquot locis aucta*; i
tis autem operarum vitiis illa contaminata est. Ea,
libro hoc continentur, maxime ad dogma de scri
sacra pertinent variisque adnotationibus philologicis i
exegeticis absoluuntur, ac quæ in isto habentur de li
diuinis, eorum scopo, chronologia atque auctoritate,
quidem breuiora sunt; non sine tamen vtilitate leg
Existimatio, quam sibi opus hoc comparauerat, im
fuit, quum postea meliora ac præstantiora generis
scripta in lucem exierint. Ex *officina* hac IO. HEI
HEIDEGGERVM permulta in *enchiridion* suum tr
lisse; WALTHERI nomen autem studiose dissimulasse
GOTTL. CARPZOVIUS * adnotauit: **

PETRI DANIELIS HVETII *demonstratio euan*
quod egregium opus iam supra *** percensui; ad hunc
tem locum id eam ob caussam refero, quia auctor de
biblicis illorumque scriptoribus erudite disserit a
Spinoza, Hobbesius, Peyrerius obiiciunt, confutat:

CLAVDII FRASSENII *disquisitiones biblicæ, q*
libris comprehensæ, Parisiis MDCLXXXII. 4. quibus
etiam de libris scripturæ sacræ agitur, nonnulla de i
dem inscriptionibus, auctoribus, scopo, diuisione tra
non singularia tamen; sed vulgaria ac trita, auc
pertractat illa negligenter ac ostendit, se maximo stud
riæ romanæ addictum esse: *

IO. HENRIC. HEIDEGGERI *enchiridion b*
ἱερομνημονικὸν, quod primam lucem adspexit
MDCLXXXI. 8. ac deinde iterum ac sæpius litterarum
mis impressum est, Amstelodami MDCLXXXVIII. 8.
MI

* *præfatione ad introduction. ad libros veter. testament.*

** MAYERI *bibliotheca biblic.* p. 42. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 186. REIMMANNI *catalogus bi theolog.* p. 259.

*** *tom.* I. *bibliothecæ* huius p. 840.

* *acta eruditor.* MDCLXXXII. p. 354.

CCIII. 8. Ienæ MDCCXXIII. 8. * Exhibet illud non
am analysin generalem veteris et noui testamenti: li-
rum capitumque argumenta; sed etiam notitiam de cu-
que libri auctore, summa, scopo, chronologia. In-
uit id, tamquam vtile compendium, illis præsertim, qui
dio scripturarum sacrarum tradere se incipiunt. Quædam
ta sunt neque recte; neque satis adcurate, inprimis quan-
interpretes atque ecclesiæ nostræ doctores enarrantur. **
stat epitome libri huius, Tiguri MDCLXXXI. 12. ac Giessæ
DCCII. 12. edita; vberiorem autem commentarium in
um reliquit SALOM. VAN. TIL isque sub titulo iuris
ublici factus: *opus analyticum, comprehendens introductio-
em in sacram scripturam, ad Io. Henrici Heideggeri enchi-
dion biblicum ἱερομνημονικὸν concinnatum*, Traiecti ad Rhen.
DCCXX. 4. et Basileæ MDCCXXIV. 4. duobus tomis.
ior ita quidem compositus est, vt haud spectet ad HEI-
EGGERI *enchiridion* illustrandum atque analysin libro-
m biblicorum complectitur, ab ea, quæ ibi est, plane di-
rsam; posterior tamen ad *enchiridion* hoc pertinet. In eo
im VAN TIL recte ab Heideggero tradita confirmat: vbi
e errat, emendationem adfert ac quæ omissa sunt, supplet: ***
LVDOV. ELL. DV PIN *dissertation preliminai-*
, ou prolegomenes sur la bible, Parisiis MDCXCIX. 8. iterum
idem et Amstelodami MDCCI. 4. duobus tomis, quorum
ior ad vetus; posterior ad nouum testamentum pertinet.
prolegomenis his copiosius enarrantur, quæ auctor iam de
dem argumento breuiter tradiderat in *dissertation preli-*
minaire sur les auteurs des liures de la bible. * Mentionem
nc facio operis huius, quia in eo de libris prioris fœ-
ris illorumque scriptoribus diligenter ac perspicue expo-
F 2 nitur;

MAYERI *biblioth. bibl.* p. 34. ARNDII *bibl. cathec. Mayeri con-
tinuat.* p. 7. REIMMANNI *catalog. bibliothec. theolog.* p. 272.
LILIENTHALII *biblisch-exegetisch. bibliothek:* p. 379.

* errores hos indicant: CRENIVS *animaduersion. philologicar. et hi-
storicar. part.* II. p. 101. FABRICIVS *historia bibliothec. part.* VI.
p. 148.

* *acta eruditorum* MDCCXXI. p. 55. *samlung von alten und neuen
theolog. sachen*, 1725 [illegible]

præmissa est *nouuell. bibliotheq. des auteurs ecclesiastiqu. tom.* I.

nitur; * plura autem de isto, quando scripta th exegeticæ a me percensenda sunt, differere, anim est: **

GEORGII SERPILII *lebensbeschreibungen der schen scribenten*, quinque et decem partibus, Lipsiæ et bonæ ab anno MDCCVIII. ad annum MDCCXXV. 8. Exhibet earum *prima* personalia Mosis: *secunda* per Iosuæ: *tertia* personalia Samuelis: *quarta* person *quinta* personalia Nehemiæ: *sexta* personalia Ma et Esther: *septima* personalia Iobi: *octaua* comment psalmos Dauidis: *nona* personalia Dauidis: *decim* nuationem commentatorum in psalmos Dauidis: u Salomonem: *duodecima* Iesaiam: *decima tertia* Iere *decima quarta* Ezechielem: *decima quinta* Danielem cem priores partes sine SERPILII nomine lucem vid reliquæ autem posteriores illud præ se ferunt. Opus laudant: alii vituperant hique, animaduersionem c in illud adhibendam esse, putant, quia auctor mu nullius momenti atque ab instituto eius aliena sint, reaque vulgaria sine omni delectu atque ordine integras dissertationes ex aliorum commentationibus quæ in omnium fere versentur manibus, transs nec in commemorandis auctoribus iustum tenuerit ac neglecta debita adcuratione, testimonia eorum en Quorum vitiorum quamuis opus hoc non plane exp fatendum sit; decet tamen, ista excusare atque auct dustria, satis probata, non tam reprehendi; quam debet. Multa sane tradit, quæ vtilia atque omni digna sunt, inprimis ex libris rarioribus: ***

* *libr.* 1. *cap.* 3. p. 58.

** BERNARDI *nouuelles de la republiqu. des lettres* MDCCI 169. BASNAGII *histoire des ouurages des sauans* MDCCI. *acta eruditor.* MDCC. p. 1. LILIENTHALII *biblisch - ex bibliothec* p. 198.

*** *vnschuldige nachricht.* 1708. p. 320. 1709. p. 37 415. 1712. p. 829. 1713 p. 875. 1715 p. 321 *samlung von alten vnd neuen theolog. sachen,* 1723 p. 45 1098. LILIENTHALII *biblisch - exegetisch.* bib Præter alios, laudat vitas has ARNDIVS *bibliotheca*

rio reipublicæ ebræorum statu, speciatim de regni lis et Iudæ, de statu decem tribuum in exilio assyi iudæorum in babylonico, de restitutione reipublicæ eb per Cyrum, de restitutæ historia vsque ad Alex magnum, Hasmonæos ceter. ibidem MDCCX. fol cem exiit: * THOM. LEWIS *origines ebri antiquities of the hebrew republick*, Londini MDC 8. quatuor voluminibus, quibus de regimine ci que ecclesiastico; de cultu diuino, locis sacris, s aliisque rebus ebræorum agitur. Primis tempor regiminis apud gentem ebræam ratio fuit, vt *th* locum haberet deusque ipse summam rerum tene qua commentati sunt: HERMANNVS WI oratione de *theocratia israelitarum:* ** c STOPH. BLECHSCHMIDIVS *exercitat theocratia, in populo sancto instituta*, Vitemb. MDC IO. FIDALCKIVS in *theocratia iudaica, ex historia antiquitatum monimentis delineata*, Lipsiæ MDCLXX Historiam iudicum israelitarum generatim illust GVSTAV. GEORG. ZELTNERVS in *adolescen publica israelitarum; seu de iudicum temporibus bi ximis in* I. *reg.* VI. *et actor.* XIII, 20. *exercitat* torfii MDCXCVI. 8. DAN. GVIL. MOL dissertatione de *duodecim iudicibus israelitaru* torfii MDCCIX. CHRISTOPH. HEN RITMEIERVS commentatione de *vario ebræorum statu sub iudicibus*, Helmstadii MDC HENR. GOTTLIEB. REIME *tractatu gico critico de numero annorum regiminis iudicu Saulis, regis israelitarum primi*, Ienæ MDCC Iis, quæ de regibus israelitarum in sacro co bentur, lucem adferunt: GISBERT. VO *disquisitione de iure regio ebræorum:* ***

* *acta eruditor.* MDCCV. p. 97. et *tom.* V. *supplement.* p. 1

** præmissa est GOODWINI *Mosi et Aaroni*, editi mensis

*** *selectar. disputation. theologic. part.* IV. p. 211.

VORSTII *exercitatio de septuaginta annis ca tis et vastitatis hierosolymitanae:* * IO. A B dissertatio de *termino a quo et ad quem sept annorum babylonicae captiuitatis; vel seruitutis,* ** addantur: NICOL. ABRAMI *babyl seu de transmigratione Babylonis liber:* *** A STINI CALMETI *dissertation sur le pays, dix tribus d'Israel furent transportées et sur celui,* *sont aujourd'hui:* * eiusdem *dissertation, ou lon exam les dix tribus sont reuenues de leur captiuité dans la d'Israel.* **

IV. de *principatu Maccabaeorum,* GEORGII ERICI PE TRANI; siue qui sub nomine hoc latet, GVNTI HENRICI PLATNERI, *** *exercitatio de sceptri ablatione:* * CHRISTOPHORI CELLARII dissertat *Cn. Pompeii magni expeditione iudaica; siue initio abl Iuda sceptri,* ** vna cum GOTTLIEB. WER DORFFII *commentatione de fide historica libr Maccabaeorum, contra Erasmum Froelichium,* Vrat MDCCXLVII. 4.

V. de *historia Herodum,* CHRISTOPH. NOLDII *histori maa; seu de vita et gestis Herodum diatribe,* cum n Iosephum ac vindiciis pro eo responsionibusque Baronium, Serarium, Salianum et alios, Fran MDCLX. 12. *** CHRISTOPHORI CELLARII tatio, *qua Iosephi de Herodibus historia a νοθείας fi ne contra Ioannem Harduinum iustis vindiciis adser*

---

* exstat in eius *exercitation. academic.* δημοτ. Rostochii 1 4. et in CRENII *opusculis, quae ad historiam ac philologiam spectant, fascic.* III. p. 693.

** legenda est in IKENII et HASAEI *thesauro nouo theol lolog. tom.* I. p 954.

*** in eiusdem *pharo veter. testam.* p. 283.

* in eius *commentaire sur la bible tom.* III. p. 10.

** *ibidem tom.* VI. p. 356.

*** vide PLACCII *theatr. pseudonymor.* p. 496.

* est in GRAEVII *syntagmat. variar. dissertation. rarior.* p. 3

** *dissertationib.* eiusdem *academicis* p. 35.

*** diatriben hanc HAVERCAMPVS adiecit IOSEPHI *operibu* II. *adpendic.* p. 331.

nitur; * plura autem de isto, quando scripta th exegeticae a me percensenda sunt, disserere, anim est: **

GEORGII SERPILII *lebensbeschreibungen de schen scribenten*, quinque et decem partibus, Lipsiae e bonae ab anno MDCCVIII. ad annum MDCCXXV. 8. Exhibet earum *prima* personalia Mosis: *secunda* pe Iosuae: *tertia* personalia Samuelis: *quarta* personali *quinta* personalia Nehemiae: *sexta* personalia Ma et Esther: *septima* personalia Iobi: *octaua* commenta psalmos Dauidis: *nona* personalia Dauidis: *decima* nuationem commentatorum in psalmos Dauidis: Salomonem: *duodecima* Iesaiam: *decima tertia* Iere *decima quarta* Ezechielem: *decima quinta* Danielem. cem priores partes sine SERPILII nomine lucem vid reliquae autem posteriores illud prae se ferunt. Opus l laudant: alii vituperant hique, animaduersionem cen in illud adhibendam esse, putant, quia auctor multa nullius momenti atque ab instituto eius aliena sint, reaque vulgaria sine omni delectu atque ordine ad integras dissertationes ex aliorum commentationibus quae in omnium fere versentur manibus, transsc nec in commemorandis auctoribus iustum tenuerit ac neglecta debita adcuratione, testimonia eorum ena Quorum vitiorum quamuis opus hoc non plane exp fatendum sit; decet tamen, ista excusare atque auct dustria, satis probata, non tam reprehendi; quam debet. Multa sane tradit, quae vtilia atque omni l digna sunt, inprimis ex libris rarioribus: ***

* *libr.* I. *cap.* 3. p. 58.

** BERNARDI *nouuelles de la republiqu. des lettres* MDCCI 169. BASNAGII *histoire des ouurages des sauans* MDCCI. *acta eruditor.* MDCC. p. I. LILIENTHALII *biblisch - ex bibliothec* p. 198.

*** *vnschuldige nachricht.* 1708. p. 320. 1709. p. 37. 1710. 415. 1712. p. 829. 1713 p. 875. 1715 p. 321. 1717. *samlung von alten vnd neuen theolog. sachen*, 1723 p. 450. 1727. 1098. LILIENTHALII *biblisch - exegetisch. bibliothec* Praeter alios, laudat vitas has ARNDIVS *bibliotheca Mayeri*

IO. GOTTLOB. CARPZOVII *introductio ad libros canonicos bibliorum veteris testamenti omnes, praecognita critica et historica ac auctoritatis vindicias exponens*, tribus partibus, quarum prima de libris historicis Lipsiae MDCCXV. secunda de libris poeticis MDCCXX. ac tertia de libris propheticis MDCCXXI. 4. publicae luci exposita est; integrum autem opus iterum atque iterum prodiit Lipsiae MDCCXXVIII. MDCCXLI. 4. Id principem locum iure tuetur inter scripta generis huius. Omnia, quae ad historiam librorum codicis ebraei pertinent, auctor diligenter persequitur ac de illorum titulis, scriptoribus, aetatibus, argumentis atque aliis, quae de istis dicendae sunt, rebus docte ac copiose disserit. *

Exstant alia scripta, quibus itidem de libris codicis diuini expositum est; non tantae autem illa sunt dignitatis atque vtilitatis, quantam antea a me commemorata prae se habent. Ad ordinem illorum refero: IAC. FRIDERIC. REIMMANNI *biblische fragen vber das alte vnd neue testament, darinnen nach entworfener historie der heiligen schrift, nicht allein eines ieden buchs vrheber, inhalt, schreibart, absicht vnd dergleichen vntersuchet; sondern auch die gesamte abtheilung in eine kurze tabelle eingeschlossen wird*, Goslariae MDCCVIII. Lipsiae MDCCXI. MDCCXXV. 8. ** atque adiungo: IO. ARNOLDI ZEITFVCHSII *theologiam exegeticam; oder einleitung zum rechten verstand vnd gebrauch der heiligen schrift*, Francofurti MDCCXXII. 4. cum *Io. Francisci* *Buddei*

continuata p. 58. seqq. minus autem benigne de istis iudicant: CARPZOVIVS *praefatione introductionis ad libros canonicos veteris testamenti:* REIMMANNVS *catalog. bibliothec. theolog.* p. 130.

* *acta eruditor.* MDCCXIV. p. 401. MDCCXXII. p. 217. 305. *bibliotheque germaniqu. tom.* III. p. 192. *tom.* V. p. 126. *memoires de Treuoux* MDCCXIX. *februar.* p. 197. quorum commentariorum litterariorum auctores quum censuram contra *introductionem* hanc adhibuissent, CARPZOVIVS defendit se in *praefatione partis* III. illius: adde *deutsche acta erudiitor. volum.* III. p. 263. *neue hällische bibliothec, volum.* IX. p. 41. *nachrichten von den neuesten theol. büchern, volum.* I. p. 365. LILIENTHALII *biblisch-exegetische bibliothec* p. 191. *vnschuldige nachrichten*, 1714. p. 353. 1720. p. 649. 1721. p. 430.

** LILIENTHALIVS *dicto loco.* p. 380.

Buddei præfatione, * qui liber antea sub titulo: *bi*
wegweiser, Francofurti MDCCXII. 8. prodiit, itidem
Buddei præfatione; nunc autem locupletatus fu
CHRISTOPHORI ZELLERI *historiam scriptura*
Vlmæ MDCCI. 4. qua de ortu, progressu ac fine scri
sacræ: de auctoribus illius: de singulis eiusdem lib
que aliis, quæ huc spectant, argumentis differitur. **
ter ingenii monimenta, quæ iam percensui, historiæ
rum sacrorum lucem adferunt: ALPHONSI SALM
NIS *prolegomena biblica:* *** IACOBI BONFRERI
quia in totam scripturam sacram: * NICOLAI SE
prolegomena biblica, Moguntiæ MDCXII. fol. quibus
non de singulis libris biblicis agitur; sed tantum ge
quædam quæstiones pertractantur: ABR. CALOVII
gomena bibliorum eius *illustratorum*, præ aliis la
et commendanda: IO. HENRICI et BENEI
CHRISTIANI MICHAELIS *prolegomena*, quæ in not
tione codicis ebræi, Halæ MDCCXX. singulis illius
præmiserunt: AVGVSTINI CALMETI *prolegomena*
sertationes in omnes et singulos sacræ scripturæ libros,
Io. Dominico Mansi editæ, Lucæ MDCCXXIX. fol.
huc referri possunt, lexica biblica infra recensebo.

Sunt et monimenta adulterina veteris test
siue scripta, quæ patriarcharum; aut aliorum illius
ris celebrium virorum nomina præ se ferunt. Ali
integra ad nos peruenerunt: aliorum reliquiæ tant
seruatæ sunt; aut sola memoria superest. Qui noti
rum scriptorum sibi comparare vult, adeat illo:

SCIPIONIS SGAMBATI *archiuorum veteris t*
libros tres de rebus, ad deum spectantibus, de primis
de viris illustribus in veteri testamento, Neapol. MD

---

* *ibidem* p. 189. *vnschuldige nachrichten*, 1712. p. 280.

** FABRICII *histor. bibliothec. part.* IV. p. 41. REIMMANI *bibliothec. theolog.* p. 267. LILIENTHALII *biblisch-exegeti thec* p. 87.

*** sunt in *operibus* eius, Madrit. MDCII. et Colon. MDC

* instruxit illis *commentarium* suum in *pentateuchum*, A MDCXXV. fol. pauca tamen ibi habentur, quæ ipsam sacrorum historiam illustrant.

quibus auctor ſcripta canonica atque apocrypha non ſolum genuina; ſed etiam ſuppoſita recenſuit; argumentum autem ipſum, quod enarrandum ſuſcepit, non tam plene atque adcurate explanauit, vt omnibus ſe probaret: *

IO. ANDR. SCHMIDII *pſeudo - vetus teſtamentum*, quæ diſſertatio, Helmſtadii MDCCVII. edita, argumentum de falſis ſcriptis prioris fœderis, breuiter illuſtratum, exhibet:

IO. ALBERTI FABRICII *codicem pſeudepigraphum veteris teſtamenti, collectum, caſtigatum teſtimoniisque, cenſuris et animaduerſionibus illuſtratum*, Hamburgi MDCCXIII. 8. ** ac *codicis pſeudepigraphi veteris teſtamenti volumen alterum*, Hamburgi MDCCXXIII. 8. *** In duobus voluminibus auctor omnium eorum, qui in eodem argumento verſati ſunt, diligentiam longe ſuperauit. Quæcunque enim ſcripta adulterina; aut fragmenta eorum ad nos delata ſunt ac quidque de iſtis alii litteris mandarunt, illa omnia ſummo ſtudio collegit atque eruditiſſimas adnotationes adiecit, quæ multis capitibus hiſtoriæ eccleſiaſticæ veteris teſtamenti lucem præferunt. Quodam modo et huc referri poteſt: GVIL. WHISTONI *collectio genuinorum monimentorum veteris et noui teſtamenti, in anglicam linguam verſa*, Londini MDCCXXVII. 8. * qua id egit, vt varia ſcripta apocrypha atque adulterina, tamquam germana monimenta, defenderet; nec dubitauit, quibusdam eorum diuinam fere auctoritatem tribuere.

§. X.

Sequuntur ii libri hiſtoriæ eccleſiaſticæ veteris teſtamenti particulares ac tertium locum occupant, quibus

* *memoires de Treuoux* MDCCVIII. *auguſt.* p. 1336. *iournal des ſeauans* MDCCIV. *iul.* p. 762. *acta eruditor.* MDCCV. p. 337. *neuer büchberſaal der gelehrten welt, volum.* III. p. 180.

** *acta eruditor.* MDCCXIII. p. 249. *deutſche acta eruditor. vol.* II. p. 181. *neuer bücherſaal der gelehrten welt, volum.* III. p. 179. *neue halliſche bibliothec volum.* III. p. 713. *vnſchuldige nachrichten*, 1713. p. 583. FABRICII *hiſtor. biblioth. part.* VI. p. 381.

*** *acta eruditor.* MDCCXXIII. p. 463. *deutſche acta eruditor. volum.* VIII. p. 338. *bibliothequ. germanique tom.* VIII. p. 160. LILIENTHALII *bibliſch-exegetiſche bibliothec* p. 397.

* *acta eruditor.* MDCCXXIX. p. 101.

bus de *doctoribus* ecclesiæ ætatis huius differitur. nus alios docendi iisque voluntatem diuinam int tandi: ecclesiam conseruandi, propagandi ac restia di, sancti atque illustres viri obierunt, patriarchæ licet ac prophetæ, inprimis Moses. Res ac vitæ a quibusdam singulari industria descriptæ sunt mentaque ingenii de illis in lucem exierunt, q studio historiæ huius ecclesiasticæ vtilia adiumen hibent.

Ad historiam *patriarcharum* pertinent:

IOACHIMI PERIONII liber de *sanctorum* *qui patriarchæ ab ecclesia adpellantur, rebus gestis* Lutet. MDLV. 4.

CHRISTIANI MATTHIAE *historia patriarchar* *qua illorum ortus, progressus atque egressus methodo* *artificiosa describuntur*, Lubecæ MDCXLII. 4.

IO. HENRICI HEIDEGGERI *exercitation* *de historia sacra patriarcharum*, duobus tomis, q prior Amstelodami MDCLXVII. posterior autem MDCLXXI. lucem adspexit hancque primam editio quuta est secunda, Amstelodami MDCLXXXVIII LXXXIX. 4. ac tertia Tiguri MDCCXXIX. 4. * Li est egregius atque inter alia argumenti huius scrip principem locum tuetur. Quidquid memoria dig patriarchis dici potuit, id auctor magno studio mag eruditionis adparatu explanauit ac præcipuis histori siasticæ veteris testamenti capitibus insignem lucem Accessit *chronologia sacra patriarcharum*. Addi MARTINI STATII *martyrologium archipatriar* *oder historische erzehlung des vielfältigen creutzes d* *väter*, Gedani MDCXXII. 4. vna cum scriptis, iam me commemoratis, FREIGII AC BOVLDVCII. H quoque nonnulla de patriarchis in IACOB. PHILIPPI POLLINI *sacro chronico; siue arbore genealogiæ patr* *rum veteris testamenti, regum atque principum et ex* *genitorum iesu christi, domini nostri, notitia*, Romæ XXXIX. fol. ** sunt autem ista satis nota; nec

* *iournal literair. tom.* XIV. p. 223.

** *nou. actor. eruditor. supplement. tom.* V. p. 337.

quoddam habent. De longiore vita patriarcharum legendi sunt: GOTTFR. STROTTA dissertatione de *patriarcharum longaeuitate*, Lipſ. MDCLXVIII. CASP. DORNAVIVS disputatione de *caussis longaeuitatis patriarcharum*. *

Scriptorum de *prophetis* duo exſtant genera. Alii de illis *generatim* expoſuerunt, in quorum numero ſunt:

IO. MICHAEL DILHERRVS, cuius in lucem prodiit: *propheten-ſchul, das iſt, chriſtliche anweiſung zu gottſeliger betrachtung des lebens vnd der lehre heiliger propheten altes teſtaments*, Norimbergæ MDCLXII. MDCXCIX. 4. cum figuris prophetarum, in æs inciſis, liber erudite ac pie ſcriptus:

HERMANNVS WITSIVS libro de *prophetis et prophetia*, quo poſtquam multa generatim de nominibus prophetarum ebraicis: de prophetia, variis patefactionum modis, ectaſi, inſomniis, reuelatione per angelos: de priuilegiis Moſis: de poteſtate vaticinandi naturali, an illa ſit in homine: de diſpoſitione naturali ad prophetiam: de vera ad prophetiam præparatione: agitatione ad prophetandum: patefactione diuinæ voluntatis per ſymbola, deſcriptione prophetiarum, Moſe, auctore pentateuchi, notis veræ prophetiæ et veri prophetæ tradidit, ſpeciatim de prophetis ante legem in deſerto, in Canaan, in captiuitate babylonica, poſt captiuitatem babylonicam diſſerit, ita vt vim ingenii ſui ac ſingularem eruditionem, quemadmodum in aliis ſcriptis fecit, luculenter oſtendat: **

GOTTFRIEDVS HOFMANNVS, qui edidit: *bibliſchen geſchichts-calender der heiligen propheten, von Moſe bis auf Ioannem den täuffer*, Bremæ MDCXCIX. 8.

BALTHASAR KOEPKENIVS, cuius exſtat: *breuis introductio ad prophetas; oder kurtze einleitung zu den propheten, worinnen gezeiget wird, zu welcher zeit ieglicher prophet gelebet, was dazumal vor ein zuſtand im lande geweſen*, Halæ MDCCVI. 8.

DAVID KNIBBE *hiſtorie derer propheten*, quæ ex belgica lingua in germanicam conuerſa, interprete *Geroldo Freytagio*, lucem vidit, Bernæ MDCCIX. 4. Conſtat illa

* confer GERDESII adnotationes in loca quædam ſcripturæ ſacræ, quæ hiſtoriam patriarcharum illuſtrant, in *miſcellan. duisburgenſ. tom.* I. *faſcicul.* 4. p. 641. et *tom.* II. *faſcicul* 1 p. 137.

** liber hic eſt in eiusdem *miſcellaneor. ſacror. tom*. I. p. I.

quatuor partibus, quarum *prima* de veris propheti[s] [generatim:] *secunda* de singulis prophetis speciatim: *ter[tia de]* falsis prophetis ac *quarta* de vatibus inter profanas [...] agitur. Addendae sunt dissertationes: IO. GEORG. [...]DRIM de *prophetis illorumque ordine*, Rostochii MDC[...] IO. GOTTLOB. CARPZOVII de *ecclesia iudaica pr[...]* Lipsiae MDCCXIV. IO. CHRIST. DECKERI de *ordi[ne pro]phetarum chronologico*, Halae MDCCXXXIX. Ex anti[qui]bus monimentis, quae de prophetis exponunt, nonn[ulla ad] nos delata sunt, eaque: EPIPHANII liber de *proph[eta]rumque obitu ac sepultura:* * DOROTHEI *synopsis d[e vita] ac morte prophetarum, apostolorum et* LXX. *christi d[iscipulo]rum*, ** quae plenissima est fabularum: EVSEBII c[aesarien]sis fragmentum de *vitis prophetarum*, graece ac la[tine a] *Carterio* editum, Parisiis MDLXXX. *** Aliud scrip[torum] de prophetis genus illorum est, qui speciatim de pro[pheta] quodam commentati sunt ac singularem eius historia[m ena]rarunt. Prodierunt: de *Elia* AEGID. CAMARII [...] *thesbites; siue de rebus Eliae ptophetae commentariu[s ...]mus, in quo de Eliae origine, persona, nomine, patria, [...] israelitarum religione et aliis pleraque scitu digna ex[...] disputantur, constituuntur*, Parisiis MDCXXXI. 4. [...] FRISCHMVTHI dissertatio de *Elia propheta nomine* [...] *sapia:* * DANIELIS A VIRGINE MARIA *vita pr[...] Eliae, ex sacris litteris et ex patribus concinnata et [...]ta:* ** de *Iesaia* IO. HENRIC. MICHAELIS diss[ertatio] de *Iesaia propheta eiusque vaticinio*, Halae MDCCX[...] BERN. HAHNII *introductio ad Iesaiam*, Regio[monti] MDCCXXXV. de *Ieremia* dissertationes IOS. HENRIC. [...]TII de *Ieremia inter prophetas maiores primo*, [...] MD[...]

* exstat graece cum *Petauii* latina interpretatione in EPIP[HANII] *operibus, tom.* II. p. 235.

** est latine in *bibliothec. maxim. patrum. tom.* III. p. 42. gr[aece et] latine autem opusculum hoc FABRICIVS anonymi lib[ro de] *vita et morte Mosis* p. 407. addidit.

*** auctores de prophetis ac vaticiniis eorum recensent [CARPZO]VIVS *introduct. ad libros vet. testam. part.* III. p. 85. [et ...] *bibliothec. ebr. part.* II. p. 139.

* in MENTHENII *thesaur. theolog. philolog. tom.* I. p. [...]

** in eius *speculo carmelitano tom.* II. p. 1.

MDCCIV. CHRIST. BENEDICT. MICHAELIS de *Ieremia et vaticinio eius*, Halae MDCCXII. IO. BERN. HAHNII *introductio in Ieremiam*, Regiomont. MDCCXXXVI. de *Ezechiele* IEREM. FRIDERICI disputatio de *Ezechiele propheta eiusque vaticinio*, Lipsiae MDCCXIX. ALBERT. MENON. VERPOORTENNI dissertatio de *scriptis Ezechielis*, *diuini vatis*: * de *Daniele* disputationes IO. GEORG. BITTELMAIERI de *vita Danielis*, Vitembergae MDCLXXVI. IO. GVILIELM. REINSBERGERI de *Daniele propheta*, Altorfii MDCXCV. IER. FRIDERICI de *Daniele propheta eiusque vaticinio*, Lipsiae MDCCXVI. de *Hosea* eiusdem FRIDERICI dissertatio de *Hosea et eius vaticinio*, Lipsiae MDCCXV. de *Amoso* CHR. BENEDICT. MICHAELIS dissertatio de *vaticinio Amosi*, *propheta*, Halae MDCCXXXVI. de *Obadia* CORNELII HASAEI dissertatio de *propheta Obadia*, Bremae MDCXCV. de *Zacharia* IER. FRIDERICI disputatio de *Zacharia eiusque vaticinio*, Lipsiae MDCCXVII. de *Malachia* CAMPEG. VITRINGAE commentatio de *Malachia propheta eiusque aetate et persona.* **

Inter scripta, quae de *Mose* ad nos peruenerunt, locum habent: PHILONIS iudaei libri tres de *vita Mosis*, *** vbi tamen multa dicuntur, quae ad ipsum Mosen haud pertinent: ANONYMI libri tres de *vita et morte Mosis*, editi primum a *Gilberto Gaulmino* cum obseruationibus, Parisiis MDCXXIX. 8. deinde a *Ioanne Alberto Fabricio*, vna cum quibusdam aliis opusculis, Hamburgi MDCCXIV. 8. * quos rebus fictis ac commentitiis refertos esse, constat: *histoire de Moise*, *tirée de la sainte ecricutre*, *des saints peres*, *des interpretes et des plus anciens ecriuains*, Leodii MDCXCIX. 8. ** quatuor libris, quibus non solum de vita rebusque Mosis; sed etiam de eiusdem scriptis differitur ac contra Spinozam, Hobbesium, Marshamum, Spencerum disputatur. Addo: ADRIANI A CAT-

* in eiusdem *fasciculo dissertationum.* p. 107.

** *libr.* VI. *obseruation. sacrar.* p. 326.

*** p. 602. eius *operum.*

* *acta erudítor.* MDCCXIV. p. 397. *iournal des sauans* MDCCXV. *mai.* p. 540.

** BERNARDI *nouuell. de la republiqu. des lettres* MDCXCIX. *septembr.* p. 341. *nachricht von den stollischen büchern, volum.* II. p. 420.

A CATTENBVRGH *syntagma sapientiæ mosaicæ*, qu ex prioribus Mosis libris eruuntur, Amstelodami XXXVII. 4. *

§. XI.

Adcuratior historiæ ecclesiasticæ prioris explanatio requirit, vt monstretur, qualis doct cœtu sanctiori ætatis istius fuerit tradita, præser fundamento atque ordine salutis sempiternæ: q gulari dei cura illa sit propagata ac quamuis erro seminarentur atque in gente quoque iudaica m quam essent, qui addicerent se cultui falsorum de attamen mirifice conseruata. Spectant huc ex quibus adiumenta ad historiam hanc doctrina strandam sumi possunt, hæcque inter reliqua eius monimenta particularia ad quartum locum ordi me constituti, pertinent.

Quemadmodum in veteri testamento homines modo sempiternæ felicitatis participes facti sunt, qu nunc in nouo consequimur; ita etiam in isto dogma cipalia, de fundamento nimirum atque ordine salu de messia ac fide, credenda erant. Ac quamuis doctrinaque prioris fœderis in quibusdam ab e, nos christiani profitemur, differat; hæc tamen no sentiam rei spectant. Quæ si quis adcuratius vbi cognoscere velit, illi ad notitiam hanc comparand sidia suppeditant:

IO. HENRICI MAII *œconomia temporum ve stamenti, exhibens gubernationem dei inde a mundi vsque ad messiæ aduentum, per omnes antiqui codi libros*, Francofurti ad Mœn. MDCCVI. 4. Præter ad historiam ecclesiasticam veteris testamenti pertin ctor ex præcipuis dicti testamenti oraculis doctrina lenter exponit, sequutus quodam modo theologos io addictos, qui etiam dogmata sacra veteris testame gie illustrant: **

---

* *bibliotheq. raisonnée tom.* XVIII. p. 204.

** *iournal des sauans* MDCCIX. *augusti*. p. 270. FABRICI *bibliotheca part.* IV. p. 70. LILIENTHALII *exeget. biblioth*

IO. GEORGII MICHAELIS dissertatio de *progressu et incremento doctrinae salutaris inde a proteuangelio vsque ad Noachum*, Halae MDCCLII.

FRANCISC. FABRICII *christus, vnicum ac perpetuum fundamentum ecclesiae*, XIV. *dissertationibus philologico-theologicis demonstratus*, Lugduni Batauorum MDCCXVII. 4. *christologia noachica et abrahamica, exhibita duodecim dissertationibus ad selectos textus veteris et noui testamenti*, cum PERIZONII duabus *epistolis* de testimonio Flauii Iosephi de iesu christo et Iacobo minori, ac de chronologia CCCCL. annorum iudicum israeliticorum, Lugduni Batau. MDCC XXVII. 4. ac *fides christiana patriarcharum ac prophetarum, exhibita dissertationibus nouem ad selectos textus veteris et noui testamenti*, cum duabus *orationibus* auctoris: altera de scholis prophetarum; altera de scriba, edocto in regno caelorum, Lugduni Bat. MDCCXXX. 4. quae tria scripta multam eruditionem ac diligentiam ostendunt ac lectori non mediocrem adferunt vtilitatem:

SALOMON. GLASSII *christologia mosaica*, Ienae MDC XLIX. MDCLI. 4. *christologia dauidica*, MDCXXXVIII. MDC XLVIII. 4. *onomatologia messiae prophetica*, Ienae MDCXXIV. 8. quae tria scripta, antea separatim in lucem emissa, sub titulo: *opuscula, christologia mosaica*, ceter. coniunctim prodierunt Ienae MDCLXXVIII. 4. ac. cura *Thomae Crenii* Amstelodami MDCC. 4.

HERMANNI DEVSINGII *Moses euangelizans; seu explicatio allegorico-prophetica historiarum mosaicarum complurium atque insignium*, Traiecti ad Rhen. MDCCXIX. 4. vbi auctor debitum modum in interpretatione mystica magis adhibuit; quam in quibusdam aliis ingenii monimentis, ac lucem ad doctrinam christianam euangelicamque, ex Mosis libris ac historiis explanandam, adtulit:

IO. IACOB. RAMBACHII *christus in Mose; oder betrachtungen vber die vornemste weissagungen vnd vorbilder in den fünf büchern Mosis auf christum*, duabus partibus, quarum prior Francofurti ad Moen. MDCCXXXVI. posterior ibidem MDCCXXXVII. 4. in lucem prodiit, cum praefatione *Io. Philipp. Fresenii*, opus, quod multa quidem, lectione ac meditatione digna, complectitur; quum autem id post auctoris

auctoris obitum ad vſum publicum translatum fuit, ſ
tantæ præſtantiæ eſt, quantam reliqua ſcripta,
ipſo elaborata atque edita, præ ſe habent:

CHR. FR. BAVERI *weiſſagungen von ieſu dem meſſia, ſo in den fünf büchern Moſis enthalten*, tribus, quarum prima Lipſiæ MDCCXXXVII. ſecunda eodem loco MDCCXXXIX. 4. prodierunt. In ope vaticinia de chriſto contra Clericum atque interprete hemenſem defenduntur:

SEBASTIANI SCHMIDII *reſolutio breuis cum phraſi verborum ac notis pſalmorum propheticorum* Argentorati MDCLXXXVIII. 4.

ABR. GVLICHII *theologia prophetica de rebus teſtamenti*, cuius prior pars Amſtelodami MDCLXXV. rior ibidem MDCLXXXIV. publicæ luci expoſita eſt:

ANTONII HVLSII *nucleus prophetiæ, in duas diſtributus: prima de vaticiniis: altera de typis bus veteris teſtamenti, quibus chriſtus et vera eius demonſtrantur*, ceter. Lugduni Batau. MDCLXXXIII.

NICOLAI GVRTLERI *ſyſtema theologiæ pro* Amſtelodami MDCCII. 4.

CAMPEGII VITRINGAE *typus doctrinæ pro* Franeckeræ MDCCVIII. 8.

IO. HENRICI MAII *theologia prophetica, ex ribus veteris teſtamenti oraculis, ſecundum ſeriem theologicorum diſpoſitis*, Francofurti ad Mœn. MDCC cuiusmodi aliorum doctiſſimorum virorum ſcripta, tim etiam de typis veteris teſtamenti edita ſunt, adcuratiorem enumerationem ad caput de libris ex reſeruo; iam autem quorumdam eorum mentionem quia iſta ita comparata ſunt, vt ex illis intelligatur, fuerit veteris teſtamenti doctrina.

Quum in hiſtoria eccleſiaſtica perpetuum veluti cer veritatis atque erroris: regni lucis ac tenebrarum ciendum ſe præbet, falſaque ac praua dogmata vim maxime in idololatria produnt, non ignorari debent ptores, qui de illa expoſuerunt, vt ſaltem ex iis

* *acta eruditor.* MDCLXXXIII. p. 405.

rationem tempore veteris testamenti discamus. Argumentum hoc illustrant:

GER. IO. VOSSII libri de *theologia gentili et physiologia christiana; siue de origine ac progressu idololatriae deque naturae mirandis, quibus homo adducitur ad deum.* Constat opus hoc nouem libris, quorum quatuor priores Vossius ipse in lucem protulit Amstelodami MDCXLI. MDCXLII. 4. post mortem autem illius quinque posteriores accesserunt; attamen multo breuiores; nec tam studiose atque adcurate, ac priores, scripti. Cum istis monimentum hoc prodiit Amstelodami MDCLXVIII. Francofurti MDCLXVIII. 4. MDCLXXV. 4. MDCLXXXVIII. 4. ac cum reliquis Vossii scriptis Amstelodami MDCC. quorum quinto tomo id continetur. Adiungitur illi MOSIS MAIMONIDIS liber de *idololatria*, in linguam latinam translatus atque adnotationibus instructus a *Dionysio Vossio*, Francofurti MDCLXVIII. 4. Quam laudem existimationemque hoc Vossii opus habeat, iam supra * disserui: **

IO. SELDENI syntagmata duo de *diis syris*, quo nomine idola Aegyptiorum, Arabum, Persarum, Ebraeorum; nec pauca Afrorum et Europaeorum, a Syris vtcunque accepta, intelliguntur. Postquam illa primam lucem adspexerant Londini MDCXVII. 8. saepius litteris descripta sunt ac prodierunt, Lugduni Batau. MDCXXIX. 8. cura *Ludouici de Dieu*, quum ab ipso Seldeno emendata atque aucta essent: Lipsiae MDCLXVIII. MDCLXXII. cum additamentis *Andr. Beyeri*, quae eruditae genti multum se commendarunt: Amstelodami MDCLXXX. 8. Libro hoc inprimis de idolis agitur, quorum in scriptura sacra commemoratio fit, hancque ob caussam is in historia ecclesiastica veteris testamenti multum vtilitatis adfert: ***

EDVAR-

* *tom.* I. *bibliothec.* huius p. 849.

** ARNDII *systema litterar.* p. 159. NICERONII *memoir. tom.* XIII. p. 115. *nachricht von den. stollischen büchern vol.* I. p. 283. REIMMANNI *catalog. biblioth. theolog.* p. 954.

*** NICERONII *memoir. tom.* V. p. 30. Sunt quoque *syntagmata* haec in SELDENI *operum*, quae Londini MDCCXXVI. fol. cura *Wilkins* prodierunt, *tom.* II. In CLERICI *bibliotheque choisi. tom.* VII. p. 80. exstant adnotationes in *syntagmata* illa.

EDVARDI HERBERTI baronis DE CHER... liber de *religione gentilium errorumque apud eos causis* pars prima in lucem exiit Londini MDCXLV. 8. ... grum Amstelodami MDCLXIII. 4. et iterum eod... MDCC. 8. anglice Londini MDCCVIII. 8. in quo va... dem de idololatriae origine diuersisque illius generib... dite traduntur; si autem ad dogmata, simul ibi pro... animum attendimus, produnt illa aperte, auctorem ... eo consilio composuisse, vt illorum caussam ageret, q... turalistae adpellantur: *

ANTONII VAN DALE *dissertationes de origine ... gressu idololatriae ac superstitionum: de vera ac falsa ... tia, vti et de diuinationibus idololatricis iudaeorum,* ... lodami MDCXCVI. 4. ** in quibus alia, ab ... re explanata, minus probanda sunt; alia autem ... ra, vtilia ac lectione digna, omnino se comm...

PETRI IVRIEV *histoire critique des dogmes et d... tes, bons et mauuais, qui ont été dans l'eglise depuis ... iusqu'a iesus christ, ou l'on trouue l'origine de tou... idololatries de l'ancien paganisme, expliquées par rap... celles des iuifs,* Amstelodami MDCCIV. 4. et anglice L... ni MDCCV. 8. duobus voluminibus, *** quae histo... magna variaque eruditione auctoris testatur ac re... plectitur, non plane vulgares; quaedam tamen earu... nus adprobari possunt, quum istae nullam veritatis ... prae se habent; aut saltem dubiae adhuc sunt:

IO. OWENI Θεολογούμενα παντοδαπα, *siue de ... ortu, progressu et studio verae theologiae libri sex, ... etiam origines et processus veri et falsi cultus religio... et instaurationes ecclesiae illustriores ab ipsis rerum pri...* ...

* *vnschuldige nachricht.* 1702. p. 901. ARNDII *system. litterar.* ...

** CLERICI *bibliotheque choisie tom.* III. p. 41. *tom.* IV. p. 1... *acta eruditor.* MDCXCVI. p. 446. *nachricht. von den theo... büchern, vol.* I. p. 387. *nachricht von den stollischen büchern* p. 287. REIMMANNI *catalog. bibliothec. theolog.* p. 90...

*** BERNARDI *nouuell de la republiqu. des lettr.* p. 363. 483. 619. *iournal des sauans* MDCCV. p. 181. MDCCIV. p. 481. MDCCV. p 9. *vnschuldige nach...* p. 229. LILIENTHALII *biblisch - exegetisch. bibli...* REIMMANNI *catalog. biblioth. theolog.* p. 11.

I. de *creatione* IO. HENRICI HOTTINGERI *storia creationis examen theologico-philologicum, ita instit vt opera sex dierum ex primo geneseos capite strictim rentur*, ceter. Heidelbergae MDCLIX. 4. IO. SCHOT *exercitationes academicae ad sacram primae geneseos historiam*, Franeckerae MDCLXXXVII. 8. GVIL. VAN MVELEN *dissertationes philologicae de die mundi et omnium natali, complectentes historiam creationis iuxta riem et ordinem, a Mose descriptam*, Traiecti ad MDCCXIII. 4. et iterum cum addita dissertatione ad III. *geneseos*, MDCCXXXVIII. 4. duabus partibus: * FRIDERIC. WVCHERERI *historia creationis, qua illa capite primo geneseos continetur, obseruationibus illustrata*, Ienae MDCCXXVIII. 4. ** IACOB. HEN BALTHASARIS *historia creationis mosaica, capite prim neseos exposita variisque obseruationibus illustrata*, Gry wald. MDCCXXIX. 4. TAC. HAI. VAN DER HON commentatio de *creatione mundi secundum narrationem sis*: *** quibus adiungantur: IO. CONRAD. DANN ERI dissertatio de *opere dei hexaemero*, Argentorati LXII. * ADAMI TRIBBECHOVII *veritas crea mundi, prout a Mose descripta est, ostensa in traditi gentium*, Kilonii MDCLXVIII. **

II. de *paradiso* IO. HOPKINSONI *synopsis pa siue paradisi descriptio, cum chorographica eiusdem* Lugduni Batau. MDXCVIII. 4. *** SAMVELIS BOCH *delineatio breuis paradisi terrestris*, ex *epistola* eius ad

---

* *memoir. de Treuoux* MDCCXIV. *iul.* p. 1149. *iournal des* MDCCXIV. *decembr.* p. 656. *iournal. literair. tom.* I. p. 4 *erudicor.* MDCCXIV. p. 115. MDCCXXXIX. p. 154. *vnsc nachrichten*, 1714. p. 476. *neuer büchersaal der gelehrten vo lum.* III. p. 251.

** *deutsche acta erudiror. volum.* XIII. p. 125.

*** locum obtinuit in eiusdem *dissertationibus historicis*, qu duni Batauorum MDCCXXXVIII. 8. prodierunt, p. 1.

* exstat in eius *disputationibus academic* p. 1.

** commentationem hanc CRENIVS transtulit in *fascicul.* I. *lorum, quae ad historiam ac philologiam sacram spectant*, p. 22

*** est quoque in CRENII *fascicul.* II. iam dictorum *op* p. 1. et VGOLINI *thesauro antiquitat. sacrar. tom.* VII. p

Capellum scripta anno MDCLXV. excerpta: * ... RI DAN. HVETII *traité de la situation du paradis ...estre*, Parisiis MDCXCI. 12. latine, interprete *Io. Georgio* ..., Lipsiae MDCXCIV. 12. ac cum auctoris *demonstratio... ...angelica* eodem anno 4. cumque eiusdem dissertatione ...*igationibus Salomonis*, Amstelodami MDCXCVIII. 8. ** ...CI. 12. MDCCXVI. 12. ac belgice: *** SALOMON. VAN ... *dissertatio geographico - theologica de situ paradisi ter...is*: * ADRIANI RELANDI dissertatio de *situ paradisi ...estris*: ** IO. MARCKII *historia paradisi illustrata libris ...tuor*, quibus non tantum loci istius plenior descriptio ...hibetur; sed etiam de hominis integritate, lapsu ac prima ...itutione agitur, Amstelodami MDCCV. 4. *** I. G. ...RKHERDERE libellus de *situ paradisi terrestris*, cum ...*atu nouo de Cepha reprehenso*, Louanii MDCCXXIX. 8. ...ter haec, sunt plura alia scripta, quibus doctissimi ... idem argumentum persequuti fuerunt, exstantque: ...EPHANI MORINI, * IO. VORSTII, ** GEORG. ...ASPAR. KIRCHMAIERI, CHR. KORTHOLTI, DA-

 VID.

* habetur illa in MORINI *vita Bocharti*, quae huius *geographiae sacrae* praemissa est, Lugduni Batauorum MDCXCII. fol. p. 29. et in VGOLINI *thesauro antiquitat. sacr. volum.* VII. p. 628.

** NEOCORI *bibliotheca libror. nouorum tom.* II. p. 176. TENZELII *monatliche vnterredungen*, 1698. p. 763.

*** latine librum hunc complectuntur: *critic.or. sacror. supplement. tomus* II. p. 739. VGOLINI *thesaur. antiquitat. sacrar. tomus* VII. p. 496.

* adiecta est eius *Malachiae illustrato*, Lugduni Batauorum MDCCI. 4. conf. *memoir. de Treuoux* MDCCV. *aug.* p. 1351.

** est in eiusdem *dissertation. miscellanear. part.* I. p. I. et in VGOLINI *thesaur. antiquitat. sacrar. tom.* VII. p. 582.

*** *acta eruditor.* MDCCVI. p. 31. *memoir. de Treuoux* MDCCXIII. *octobr.* p. 1689. *iournal des sauans* MDCCVI. *nouembr.* p. 1005. BERNARDI *nouuell. de la republiqu. des lettres* MDCCVI *iul.* p. 82. *august.* p. 201. *vnschuldige nachrichten*, 1705. p. 526. *boekzaal van Europe* MDCCV. *tom.* II. p. 219.

* in eius *vita Bocharti* p. 9. et VGOLINI *thesaur. antiquitat. sacrar. tom* VII. p. 633.

** huius dissertatio exstat in CRENII *fasciculo* IV. *opusculor. ad histor. et philolog. spectant.* p. 306. et VGOLINI *thesaur. antiquitat. sacrar. tom.* VII. p. 696.

VID. CHRISTIANI, IO. HENRICI MICHA OLEARII, MARTIN. CASPAR. WOLFBVRGII BRICII, IOACHIM. LVTKEMANNI, GVIL NII * dissertationes de *paradiso*. Addo illis VARENII *trifolium historicum sacrum de paradi Simone mago*, Rostochii MDCLV. 4. TAC. HAI. HONERT commentationem de *situ Edenis et l deus ipse plantauit:* ** MARTIN. CORSCHII nes de *fluuiis paradisiacis*, Regiomont. MDCC VII. ***

III. de *diluuio et arca Noae* ATHANASII K *arca Noae, in tres libros digesta, quorum prim quae ante diluuium: secundus de iis, quae ipso dilu duratione: tertius de iis, quae post diluuium a N sunt* exponit, Amstelodami MDCLXXV. fol. SCHOOCKII *diluuium Noachi vniuersale; siu communis sententiae, quod diluuium noachicum vniu incubuerit, aduersus virum quemdam celeberrim* Isaacum Vossium, Groningae MDCLXII. 12. quo adiunctum sibi habet eiusdem *fabula hamelensis:* STRAVCHII dissertatio de *anno diluuii*, Vitemberg IO. GVIL. BAIERI *trias quaestionum, ad dilu historiam pertinentium*, Altorfii MDCCX. 4. LVD PELLI *historia diluuii explanata et illustrata.* * Noae speciatim commentati sunt: IOANNES bello de *arca Noae, cuius forma capacitatisque* MATTH. HOSTVS *inquisitione in fabricam arca monomachiam Dauidis et Goliathi*, Londini MI

* scripsit duas commentationes de *horto Edenis*, quae *otiis theologicis* p. 309. et 594.

** in *dissertationibus* eius *historicis* p. 123.

*** adde: *lettre de mr.* MALLEMANT, *ou est donnée l'exi gence du 2 verset du* VI. *chap. de la genese, et ou le ver du paradis terrestre est etabli contre le sentiment de Ca*

G. MOERIUS dissertatione de *arca Noæ, humani conseruatrice*, Lipsiæ MDCLXXXVI. * IO. PELLE- *dissertation sur l'arche de Noe*, Rothomagi MDCC. 12. de *turri babylonica* ATHANASII KIRCHERI *Babel; siue archontologia, qua primo priscorum p st m hominum vita, mores rerumque gestarum magnitudo: turris fabrica ciuitatumque exstructio, confusio lin- s, et inde gentium transmigrationes cum principalium tatorum idiomatum historia multiplici eruditione de- tur et explicantur*, Amstelodami MDCLXXVIII. fol. itiones IO. IOACHIM. ZENTGRAVII de *turri Ba-* Argentoraci MDCLXXIV. DAN. HOFMOVII de *stru- urris babylonicæ*, Regiomont. MDCXCIV. IOACHIM. RBI de *caussis turris babylonicæ*, Regiomont. MDC AVGVSTIN. CALMETI *dissertation sur la tour de* ** Scripta eiusmodi de singularibus argumentis, quæ toriam sacram prioris fœderis pertinent, plura alia ; nimis autem esset longum atque ab instituto meo a alienum, si singula percensere vellem.

§. XIII.

go ad classem sextam eamque vltimam scri- nistoriæ ecclesiasticæ veteris testamenti particu- llorum videlicet, in quibus *ritus gentis iudaicæ* ntiquitates eius explanatæ sunt atque illustratæ. i istorum vsum esse in dicta historia ecclesiasti- que facile perspicit, qui reputare vult, in histo- præcipue enarrandum esse, qualis ratio fuerit i cultusque diuini publici apud iudæos; hoc inus fieri posse, nisi ab eo, qui antiquitatum am peritus est.

i animus est, adcuratius studium antiquitatibus riti- gentis iudaicæ consecrare, ille fontes adire debet. sacras litteras scriptaque Iosephi ac Philonis, locum habent: *talmud*, complectens *mischnam* et *gemaram*, ierosolymitanum; tum babylonicum, eiusdemque in- es quique istius doctrinam luculentius exposuerunt, vt

in eiusdem *selectis disputationib. theologic.* p. 955.
ius *commentaire sur la bible tom.* 1. *part.* 1. p. 34.

vt R. MOSES MAIMONIDES in opere inscripto: *fortis:* R. IACOB BEN ASCHER in *quatuor or*... quibus veluti epitomen sanctionum talmudicarum c... aliique. In vsu tamen horum scriptorum ea caut... benda est, vt, quae a iudaeis traduntur, illa omnia ... probemus; nec reiiciamus; sed vera ac falsa disc... Inter christianos multi ingenia sua in antiquitatibu... ercuerunt; quum autem non omnes eamdem ra... istas explanandi, inierunt, monimenta, quibu... men suum posteritati commendarunt, varii gen... sique ista distincte enarrare velimus, ad tres ordines... debent. Ad *primum* pertinent scripta, quae generali... quitates codicis sacri cum prioris, tum posterioris ... complectuntur, horumque in numero sunt:

IO. CONRADI DIETERICI *antiquitates bi*... *quibus decreta, prophetiae, sermones, consuetudines ri*... *dicta veteris testamenti de rebus iudaeorum et gentiu*... *sacris, qua profanis, expenduntur*, post auctoris ob... *Io. Iusto Pistorio* editae, Giessae MDCLXXI. fol.

IO. ANDR. QVENSTEDII *antiquitates biblica*... *eclesiastica*, Vitembergae MDCLXXXVIII. MDCXCIX. ...

IOACHIMI HILDEBRANDI *antiquitates e*... *sa scriptura sacra selecta et secundum ordinem libr*... *teris et noui testamenti adornata*, post mortem auct... praefatione *Christophori Henrici Rittmeieri* publica... positae, Helmstadii MDCC. 4.

ADAM. ERDMANNI MIRI *biblisches anti*... *lexicon*, Lipsiae MDCCXIII. 8. * et iterum cum addi... ibidem MDCCXXVII. 8.

AVGVSTINI CALMETI *dictionaire historique, chronologique, geographique et literal de la bi*... risiis MDCCXXII. fol. duobus voluminibus, ** quib... tertium ac quartum, tamquam supplementum ibidem ... XXVIII. fol. accesserunt. Opus hoc quod ob anti... ebraicas, eo comprehensas, ad locum hunc refero, ... famam sibi conciliauit ac haec effecit, vt illud ...

* *vnschuldige nachricht*. 1714. p. 683.

** CLERICI *biblioth. anciennes et modern.* ... *samlung von alten vnd neuen theolog. sachen*, 172...

rumque deſcriberetur atque in alias transferretur linguas. Denuo enim prodiit cum Pariſiis MDCCXXX. fol. quatuor tomis; tum Geneuae ab anno MDCCXXIX. 4. itidem quatuor voluminibus. * Quod ad interpretationes adtinet, latine non ſolum id conuerſum eſt a *Io. Dominico Manſi* atque editum ſub titulo: *dictionarium hiſtoricum, criticum, chronologicum, geographicum et litterale ſacrae ſcripturae, cum figuris, antiquitates iudaicas repraeſentantibus*, Lucae MDCC XXV. Auguſtae Vindelic. MDCCXXIX. fol. duobus tomis, ** ac Venetiis; ſed etiam belgice cum additamentis, et germanice ſtudio *Hieronym. Georg. Glaeckneri*, hacque lingua illud ita inſcriptum: *bibliſches Wörterbuch aus dem franzöſiſchen uberſetzet, vnd mit verſchiedenen anmerckungen begleitet*, prodiit Lipſiae ab anno MDCCLI. vsque ad annum MDCCLIV. 4. quatuor voluminibus, cum praefatione *Chr. Gottl. Iaecheri*. ***

Ordinis *ſecundi* ea ſcripta ſunt, quae ſpeciatim antiquitatum iudaicarum explanationem comprehendunt ac praecipue ad vetus teſtamentum ſpectant. In illis, quae nunc ſequuntur, locum ſuum habent:

BENEDICTI ARIAE MONTANI libri IX. *antiquitatum iudaicarum, in quibus praeter Iudaeae, Hieroſolymorum et templi Salomonis adcuratam delineationem, praecipui ſacri ac profani gentis ritus deſcribuntur*, Lugduni Batauorum, MDXCIII. 4. * In *primo* horum librorum auctor tractat de gentium ſedibus primis orbisque terrarum ſitu: *ſecundo* de terrae promiſſae partitione: *tertio* de duodecim gentibus: *quarto* de antiquae Ieruſalem ſitu: *quinto* de ſacris fabricis: *ſexto* de ſacris veſtimentis ornamentisque: *ſeptimo* de menſuris ſacris:

* de iis, quae de editione hac inter bibliopolas pariſienſes ac geneuenſes diſputata ſunt, videantur: *biblioth. raiſonnée tom.* IV. p. 468. *memoir. de Treuoux* MDCCXXX. *octobr.* p. 1877. *bibliotheq. italiqu. tom.* III.

** *acta eruditor.* MDCCXXIX. p. 166.

*** confer de opere hoc WOLFII *bibliothec. ebr. tom.* IV. p. 63.

* ſunt in *critic. ſacror. tom.* VI. p. 524.

cris: *octauo* de actione; aut minutioribus ritibus ac
ſeculis et chronologia:

AVGVST. PFEIFFERI *ſpecimen antiquitatum ſ*
de antiquis Ebræorum ritibus et moribus, Vitembergæ
LXVII. 4. *antiquitates ebraicæ ſelectæ*, Lipſiæ MDC
12. * qui et dedit *ſciagraphiam antiquitatum ebraicar*
a Io. Iacob. Schudtio locupletatam: ***

GVIL. GOEREI *antiquitates moſaicæ*, Amſt
MDCXC. fol. quatuor voluminibus, et *antiquitates*
ibidem MDCCI. fol. duobus voluminibus, quod op
gice ſcriptum atque elegantibus tabulis, in æs inciſis,
tum, in multorum laude atque exiſtimatione eſt:

THOMAE GOODWINI *Moſes et Aaron; ſeu ci*
eccleſiaſtici ritus antiquorum Ebræorum, tam quos
genti debent; quam quos iidem ab ethnicis et hi ab E
κακοζηλίαν adſciuerunt, qui liber multum ſe com
hocque nomine ſæpius litteris deſcriptus: in alias
translatus atque adnotationibus illuſtratus fuit. S
anglico is primam lucem adſpexit, inſcriptus: M
Aaron, ciuil and eccleſiaſtical rites vſed by the ancient
Oxonii MDCXIV. poſtea autem Londini MD
MDCXXXI. MDCXXXIV. 4. MDCLV. 4. ac ſæpius, ade
ibidem MDCLXXII. prodiit, in titulo duodecima e
pelletur. Idem liber, latine redditus, in conſpectum
cum venit: primum cum notis *Io. Henric. Reizii*,
MDCLXXIX. MDCLXXXV. Vltraiecti cum HERMANNI
SII duabus diſſertationibus, de *theocratia iſraelitarum*
rechabitis, MDCXC. et alias: iterum Bremæ MDC
MDCCII. MDCCX. MDCCXXII. deinde cura *Io. Henr*
tingeri, qui librum hunc illuſtratum, emendatum
cipuis thematibus auctum edidit atque omiſſis *Reiz*
adnotationes, ex iudæorum monimentis hauſtas,
atque *iſagogen ad ſtudium antiquitatum iudaicarum*,

* exſtant in eius *operibus philologicis*, Vltraiect. MDCCI
tom. II. p. 985. et notis illuſtratæ in VGOLINI
tat. ſacrar. tom IV. p 1174.

** quæ habetur in eius *critica ſacra* p. 141. exh
ſoli capitum tituli cum auctoribus, qui de iſtis

*** in *deliciis ebræo-philologicis*, *hiſtoriæ* ipſius *iud*
p. 147.

istarum præstantia differitur, præmisit, vna cum dissertatione de *theocratia israelitarum, a Mose præsertim vsque ad Saulum*, quam in locum dictæ commentationis WITSII de eodem argumento substituit hancque, præter præfationem, ab editione hac remouit, Francofurti ad Mœnum MDCCX, 8. * Prodiit liber hic etiam belgice Amstelodami MDCXXIX. Copiosus atque eruditus in illum commentarius habetur in IO. GOTTLOB. CARPZOVII *adparatu historico-critico antiquitatum sacri codicis et gentis ebrææ*, Lipsiæ MDCC XLVIII. 4. **

IO. LVNDII *alte iüdische heiligthümer, gottesdienste vnd gewohnheiten für augen gestellet, in einer ausführlichen beschreibung des ganzen leuitischen gottesdienstes*, ceter. quod notissimum atque erudite diligenterque elaboratum opus primum in lucem exiit Slesuici MDCXCV. XCVI. 8. tribus voluminibus distinctum: deinde iterum iterumque emendatum atque accessionibus locupletatum, cum præfatione *Henrici Muhlii* Hamburgi MDCCI. MDCCIV. MDCCXI. MDCCXXII. fol. item cum præfatione ac notis *Io. Christoph. Wolfii*, Hamburgi MDCCXXXVIII. fol. quæ prioribus multo melior est editio. Auctor antiquitatum ebraicarum capita, quæ ad sacerdotium leuiticum spectant, persequitur quinque libris iisque exponit de tabernaculo, templo priori ac posteriori: sacerdotibus, leuitis ac cultu diuino veterum Ebræorum: ***

ADRIANI RELANDI *antiquitates sacræ veterum Ebræorum, breuiter delineatæ*, Vltraiecti MDCCVIII. deinde auctiores ibidem MDCCXII. MDCCXIV. MDCCXVII. Lipsiæ MDCC XIII. 8. cum præfatione *Io. Francisci Buddei* euulgatæ, quæ exhibent compendium elegantissimum atque omnibus harum litterarum cultoribus maxime commendandum, in quatuor partes de locis, personis, rebus ac temporibus sacris diuisum.

* liber hic in VGOLINI *thesauri antiquitatum sacrar.* tomum III. p. 1. translatus est.

** *acta eruditor.* MDCCXLIX. p. 99. KRAFTII *theolog. biblioth. vol.* IV. p. 61. *theologischer büchersaal, volum.* I. p. 9.

*** FABRICII *histor. bibliothec. part.* III. p. 87. REIMMANNI *catalog. bibliothec. theolog.* p. 873. *acta erudítor.* MDCCI. p. 382.

ſum. * Edidit quoque RELANDVS orationem de *vſu antiquitatum ſacrarum*, Traiecti ad Rhen. MDCCXIII.

CHRISTOPHORI SEMLERI *antiquitaten der heiligen ſchrift; oder bibliſche fragen von dem paradies, archa Noa, ſtiftshütte, tempel, hohenprieſter, licht und recht, opfern,* ceter. Halæ MDCCVIII. MDCCXV. MDCCXXXII. 12.

HENRIC. IACOB. VAN BASHVYSEN *ſyſtema antiquitatum ebraicarum minus*, Francofurti ad Mœn. MDCCXV. 8. ** quo ſæpe ad ſyſtema maius prouocat: ***

CONRADI IKENII *antiquitates ebraicæ ſecundum triplicem iudæorum ſtatum, eccleſiaſticum, politicum et œconomicum, breuiter delineatæ*, Bremæ MDCCXXXII. 8.

IO. LEONARD. RECKENBERGII *ſacri iudæorum ritus antiqui, ſecundum res geſtas et dogmata illorum, ad codicis ſacri vtriusque fœderis illuſtrationem deſcripti*, Ienæ MDCCXL. 8.

ANDREAE GEORG. WAEHNERI *antiquitates Ebræorum, de iſraeliticæ gentis origine, fatis, rebus ſacris, ciuilibus et domeſticis, fide, moribus, ritibus et conſuetudinibus antiquioribus et recentioribus*, Gœttingæ MDCCXLIII. 8. duobus voluminibus, quorum *prius* Ebræorum ſcripta ſacra, libros ſymbolicos, antiquitatum ſcriptores et præcepta: *poſterius* eorumdem chronologiam, hiſtoriam, ſectas et eruditionem exhibet. In cenſum horum ſcriptorum quodam modo etiam referri poteſt: BERN. LAMY *adparatus biblicus ad intelligenda ſacra biblia, methodicam antiquitatum ebraicarum diſpoſitionem exhibens*, editus latine Gratianopoli MDCLXXXVII. fol. Lugduni MDCXCVI. 8. Ienæ MDCCIX. 8. Amſtelodami MDCCIX. 4. Lugduni Batauorum MDCCXI. 8. Lugduni MDCCXX. 8. gallice ſub titulo: *intro-*

* *acta eruditor.* MDCCIX. p. 206. CLERICI *bibliotheq. choiſ. tom.* XVI. p. 370 *tom.* XXIV. p. 329. *memoir. de Treuoux* MDCCXII. *octobr.* p. 1683. BERNARDI *nouuelles de la republiqu. des lettres* MDCCVIII. *iul.* p. 76. *nachricht von den ſtolliſchen büchern, volum.* I. p. 786. REIMMANNI *catalog. biblioth. theol.* p. 917. Ipſas antiquitates has VGOLINVS cum ampliſſimo commentario tranſtulit in *theſaurum* ſuum *antiquitatum ſacrarum*, *tom.* II. p. 330.

** *unſchuldige nachricht.* 1716. p. 354.

*** cuius delineatio exſtat in den *deutſchen actis erudítor. volum.* III. p. 82. id autem, quantum ſcio, minus vidit lucem.

introductio ad sacram scripturam, Lugduni MDCLXXXIX. 12. iterum interprete *Francisco de Bellegarde*, Parisiis MDCXCVII. 8. et ex noua versione *Boyerii*, Lugduni MDCXCIX. MDCCIX. 4. anglice studio *Bundy*, Londini MDCCXXIV. 4. et MDCC XXVIII. 8. ad quam interpretationem nonnulla accesserunt. Adiungendum est: IOACHIMI LANGII *mysterium christi ac christianismi in fasciis typicis antiquitatum biblicarum veteris testamenti, quo ritus ebraeorum ecclesiastici circa loca, personas, tempora et actiones explicantur*, Halae MDCCXVII. 4. qui liber studiosis antiquitatum ebraicarum ac sacrarum litterarum eam ob caussam commendandus est, quia eo non solum ritus veterum Ebraeorum ecclesiastici breuiter explanantur; sed etiam, quod princeps rei huius caput est, in sensus horum rituum abditos inquiritur.

Ordinem *tertium* scriptorum de antiquitatibus ebraicis adsigno iis, quibus singularia istarum capita enarrata sunt. Ita de *tabernaculo mosaico* exstant: GVSTAV. PERINGERI *historia tabernaculi mosaici*, Vpsal. MDCLXVIII. 8. CONRAD. MEL *tabernackel; oder gründliche beschreibung der stiftshütte*, Francofurti MDCCXI. 4. SALOMON. VAN TIL *commentarius de tabernaculo Mosis*, Dordraci MDCC XIV. 4. * de *arca foederis* IO. BVXTORFII *historia arcae foederis*: ** de *templo hierosolymitano* IO. BAPTISTAE VILLALPANDI *commentarius in Ezechielem*, Romae MDCV. fol. qui templi fabricae illustrandae singularem operam dedit; non omnibus autem cogitata eius se probarunt: BERN. LAMY libri VII. de *tabernaculo foederis: de sancta ciuitate Ierusalem et de templo eius*, Parisiis MDCCXX. fol. ANONYMI *tempel Salomonis nach allen seinen vorhöfen, mauern, thoren, hallen, heiligen gefaessen* ceter. Halae MDCC XVIII. 4. CONRAD. MEL *Salomons tempel; oder beschreibung des herrlichen tempels Salomonis*, Francofurti ad Moen. MDCCXXIV. 4. Similia ingenii monimenta de aliis antiquitatum ebraicarum capitibus prodierunt, qualia sunt: de *sacerdotibus* IO. SAVBERTI *commentarius de sacerdotibus et*

* exstat in VGOLINI *thesauro antiquitatum sacrar. tom.* VIII. p. 1.

** in eius *exercitationibus* p. 1. et VGOLINI *thesaur. antiquit. sacrar. tom.* VIII. p. 143.

et sacris Ebraeorum personis: * IO. LIGHTFOOTI *...sterium templi, quale erat tempore nostri seruatoris:* ** SELDENI libri de *successione in pontificatum ebraeorum*: IO. BRAVNII *vestitus sacerdotum Ebraeorum*, Amstelo... MDCXCVIII. 4. de *festis diebus* IO. MEYERI liber de *...poribus sacris et festis diebus Ebraeorum*, Amstelodami ... XXIV. 4. de *sacrificiis* IO. CLOPPENBVRGII *sacrifici... patriarchalium schola sacra:* * WOLFGANG. FRAN... *schola sacrificiorum patriarchalium sacra*, Vitembergae ... XLVII. MDCLIV. MDCXCVIII. MDCCIII. GVIL. OVTR... libri de *sacrificiis*, Londini MDCLXXVII. 4. et Amstel... MDCLXXVIII. MDCLXXXVIII. 8.

Referri et huc potest IO. SPENCERI opus de l... *bus ebraeorum ritualibus earumque rationibus*, editum Ca... tabrigiae MDCLXXXV. fol. Hagae Comit. MDCLXXXVI. Lipsiae MDCCV. 4. Quibus editionibus quum tres tan... libri operis huius euulgati fuerint, accesserunt postea li... quartus, varia capita et dissertationes aliaque auctoris s... plementa in editione, adornata a *Leonardo Chappelow*, C... tabrigiae MDCCXXVII. fol. haecque cum *Christoph. Ma... Pfaffii* dissertatione praeliminari de libri pretio et erroribus ... que auctoribus, qui contra Spencerum scripserunt, ... denuo descripta est Tubingae MDCCXXXII. fol. Complecti... opus hoc multa, lectione digna, atque auctoris egregi... eruditionem iudicandique facultatem luculenter monstr... in eodem tamen tradi atque adfirmari paradoxa, ap... falsa ac peruersa, finem nimirum legum ac rituum iudai... rum primarium non fuisse, vt adumbrationem messiae ei... que beneficiorum praeberent: Zabiorum ritus occasion... dedisse multarum legum mosaicarum: deum in legi... quam plurimis gentium, praesertim Aegyptiorum, mori... atque institutis se attemperasse; ob has autem prauas e...

nio...

---

* in eiusdem *operibus posthumis* p. 283. et libro illius de *sacri... veterum* p. 657.

** *tomo* I. eius *operum* p. 673.

*** prodierunt cum eiusdem libro de *successione in bona defu...* Lond. MDCXXXVI. fol. in eius *vxore ebraica*, Francofurti ... XCV. 4. atque *operum tomo* II. p. 79.

* *tom*. I. *operum* eius *theologicor*. p. I.

niones multos contra Spencerum dimicasse, abunde constat. Nec silentio praetereundum esse puto, BLASII VGOLINI *thesaurum antiquitatum sacrarum, complectentem selectissima clarissimorum virorum opuscula, in quibus veterum Ebraeorum mores, leges, instituta, ritus sacri et ciuiles illustrantur*, quod insigne ac splendidum opus, iam multorum voluminum, Venetiis MDCCXLIV. fol. exire coepit. Sufficiat, pauca haec ex tam magno eiusmodi scriptorum numero breuiter commemorasse ac quibusdam tantum exemplis monstrasse, qualia ingenii monimenta antiquitatum ebraicarum ad tertiam illorum classem referri debeant. Longior atque adcuratior illorum enumeratio non ad hunc; sed ad alium locum, maxime ad bibliothecam antiquariam, pertinet; praeterea autem fuerunt, qui in istis diligenter percensendis operam suam collocarent. *

Antequam finem eorum faciam, quae de scriptis, ad certa historiae ecclesiasticae veteris testamenti capita spectantibus, disserui, adiungo quaedam monimenta de variis eiusdem historiae argumentis. Sunt ista:

Dissertations historiques, chronologiques, geographiques et critiques sur la bible, Parisiis MDCCXI. 8. ** quo volumine quinque dissertationes continentur iisque historia, a Mose in primo libro; siue *genesi*, enarrata, illustratur. Agit auctor de creatione mundi, de diluuio, de dispersione nationum, de Abrahamo, Isaaco eiusque posteris:

IODOCI IOSEPH. PLVMYOEN *dissertationes selectae in scripturam sacram*, Ipris MDCCXXXV. 8. *** quibus eam ob caussam locum hunc adsigno, quoniam argumenta historica

---

* qui notitiam scriptorum antiquitatum ebraicarum sibi adquirere vult, adeat ille: IMBONATI *bibliothecam latino-ebraicam*, quae BARTOLOCCII *bibliothecae rabbinicae magnae* tomum quintum constituit: FABRICII *bibliographiam antiquariam*, vbi *cap.* I. generales; in sequentibus autem speciales auctores antiquitatum ebraicarum recensentur: WOLFII *bibliothec. ebr. part.* II. p. 1080. SCHVDTII *delic. ebraeo-philolog.* quae eiusdem *historiae iudaicae* subiectae sunt, p. 166. Nonnulli quoque eiusmodi scriptores indicantur in PFEIFFERI *sciagraphia systematis antiquitatum ebraicarum*, quae est in eius *critica sacra*, p 141.

** *iournal des sauans* MDCCXII. *ianuar.* p. 3.

*** *nou. actor. supplement. tom.* VI. p. 266.

storica in istis pertractantur, de tempore videlicet, quo ... dithae res contigerunt: de situ Bethuliae: de Asuero ... ris: de septuaginta annis seruitutis babylonicae: de septuaginta hebdomadibus Danielis, atque alia:

DAVIDIS MILLII *dissertationes selectae, varia sacrorum litterarum et antiquitatis orientalis capita exponentes et illustrantes, curis secundis nouis dissertationibus, oratione et miscellaneis orientalibus auctae*, Lugduni Batauorum MDCCXLIII. 4. * Iam antea auctoris *dissertationes selectae*, Traiecti ad Rhen. MDCCXXIV. 8. in lucem prodierant, eaeque de Nilo et Euphrate: de vitulo aureo: de altari ... diatore: de Gad et Meni aliisque argumentis. Quae quum iterum typis describendae essent, auctae istae sunt atque ... adducto volumine dissertationes, post id tempus publicae luci expositae, accesserunt, nimirum de terra Canaan, de ... tuis et lapidibus idololatricis, de cornibus altaris exteris, de caussis odii inter iudaeos et samaritanos. Omnibus auctoribus, a me adhuc commemoratis, ii quoque adiungendi sunt, qui quum libros prioris foederis, in primis scripta de rebus gestis, explanarent ac cogitationes suas maxime ad sensum litterarum inuestigandum conferrent, multis ... pitibus historiae ecclesiasticae lucem adtulerunt.



CAPITIS SEPTIMI

DE

SCRIPTIS HISTORIAE ECCLESIASTIC...

SECTIO III.

DE

SCRIPTIS AD HISTORIAM ECCLESIASTIC... NOVI TESTAMENTI GENERATIM SPECTANTIBUS.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Commemorantur scripta, quibus historia ecclesiastica noui testamenti generatim continetur, temporis antiquioris §. I.

A

* *acta erudit.* MDCCXLIII. p. 449.

Mediae §. *II.* *Recentioris, composita a lutheranis* §. *III.* *Reformatis* §. *IV.* *Pontificiis* §. *V. VI.* *Ab auctore, Arii sectatore* §. *VII.*

Scriptores, qui res, in ecclesia noui fœderis gestas, litteris mandarunt, si ad aetates illorum respicimus, in tres classes diuidendi sunt. Prima complectitur *antiquiores*, quos diuersi esse generis, constat, siue ad eorum auctoritatem fidemque; siue ad monimenta eorum, quae ad nos delata sunt, animum aduertere velimus. Alia enim istorum scripta sunt adulterina; alia germana quidem; ita tamen inter se differunt, vt quaedam ab interitu se haud vindicare potuerint; aut reliquias tantum eorum conseruatas habeamus; nonnulla autem integra ad nos peruenerint.

Inter scripta historiae ecclesiasticae *adulterina* referenda sunt, quae nomina prae se ferunt: PROCHORI *de vita, miraculis et adsumtione Ioannis baptistae*: ABDIAE babylonici de *certamine apostolorum*: LINI de *passione apostolorum, Petri et Paulli*: CLEMENTIS *romani* libris *recognitionum* atque aliorum, quae falsa esse, iam dudum a doctissimis viris monstratum fuit; nec ipsi ecclesiae romanae doctores, nominatim Baronius, Bellarminus, Canus et alii ausi sunt, id negare.

Ad monimenta historiae ecclesiasticae antiquiora eaque *germana*, quorum fragmenta tantum supersunt, pertinent: HEGESIPPI ὑπομνήματα τῶν ἐκκλησιαστικῶν πράξεων, siue *commentariorum actorum ecclesiasticorum libri quinque*, quibus res, a christi morte vsque ad aetatem suam in ciuitate christiana gestas, commemorauerat; perierunt autem isti, praeter partes quasdam de martyrio Iacobi, fratris domini: de persequutione propinquorum seruatoris nostri: de Simeonis, Cleophae filii, martyrio, ab EVSEBIO in *historia ecclesiastica* conseruatas: HESYCHII *historia ecclesiastica*, ex qua locus de Theodoro Mopsuesteno exstat. * Ex PHILONIS philosophi *historia ecclesiastica* profert

* adfertur in *collatione* V. *synodi* v. *constantinopolitanae*, ANNO DLIII. habitae, *tom.* II. BINII *part.* 2. p. 71.

fert nonnulla MICHAEL GLYCAS. * Scripsit PHILIPPVS SIDETES χριστιανικὴν ἱστορίαν, siue hist. christianam, cuius insigne fragmentum de scholæ alexandrinæ successione, Henric. Dodwellus ** edidit atque illustrauit; quum autem historiæ huius initium factum est ab condito eaque ad ætatem auctoris perducta, monim quæ ad solam historiam ecclesiasticam noui testamenti ctant, illa haud adnumeranda est. Reliqui eiusdem historiæ scriptores græci penitus sunt deperditi, vt IOAN presbyter Aegeates, qui composuerat historiam eccles a depositione Nestorii et Theodosii iunioris tem libris decem: BASILIVS cilix, de cuius historiæ eccl cæ libris tribus veteres testantur.

Dimitto hos ac pergo ad eos, quorum monimenta historiæ ecclesiasticæ noui fœderis ab antiquitate nobis integra relicta fuerunt. Sunt illi vel græci; vel latini. numero illorum; siue græcorum, exstant:

EVSEBIVS cæsariensis, qui inter scriptores hos merito princeps est. Ad posteros ille transmisit historiæ ecclesiasticæ libros iisque primus iustum volumen vniuersæ historiæ huius comp fuit, abinitio christianismi vsque ad Licinium, a Constantino magno superatum atque exstinctum, pacemque ecclesiæ redditam. Enarrat diligenter rerum, in ecclesia gestarum, seriem: apostolorum atque aliorum illustrium doctorum successiones, doctrinam euangelicam, martyria, persecutiones, hæreticorum prauas sententias. Fide se commendat ea excipiantur, quibus narrationes non scriptas; sed tas] sequitur ac fabulosa admiscet. Optimam historiæ ius editionem ab Henrico Valesio accepimus, qui non graeca ad codices manuscriptos recensuit; sed etiam versionem latinam composuit: eruditissimas adnotationes adiecit, vna cum dissertationibus de schismate donatistarum de vno tantum, non duobus templis, a Constantino Hierosolymæ conditis: ad Iacobum Vsserium aduersus illius sententiam de perdita versione LXX. interpretum et hexaplis Origenis: de martyrologio, quod Rosweidus edidit perperam pro veteri genuino romano martyrologio ...

* annal. p. 282

** ad calcem dissertationum in Irenæum, Oxonii MDCLXXXI

Praemisit praeterea dissertationem de Eusebii vita ac scriptis: veterum de Eusebio in vtramque partem testimonia: PETRI DE MARCA epistolam, ad eum scriptam de originibus christianismi in Gallia. Editio haec Valesii graece ac latine Parisiis prodiit primum MDCLIX. fol. deinde ex Valesii manuscripto paucis in versione mutatis ac pluribus additis in animaduersionibus ex secundis illius curis MDCLXXVII. fol. Ad priorem editionem parisiensem *historia* haec iterum litteris descripta est Moguntiae, vt titulus habet; siue Francofurti potius MDCLXXII. fol. ad posteriorem autem parisiensem Amstelodami, quemadmodum in titulo est, MDCXCV. fol. Editiones has sequuta est ea, quae, nouis accessionibus ac notis aucta, cura *Guilielmi Reading* Cantabrigiae MDCCXX. fol. lucem adspexit. * Graece scriptores historiae ecclesiasticae, Eusebium, Socratem, Theodoretum, Sozomenum, Euagrium elegantissime edidit Robertus Stephanus Parisiis MDXLIV. fol. iidemque graece ac latine cum *Io. Christophorsoni* versione ac *Suffridi Petri* adnotationibus, Geneuae MDCXII. fol. prodierunt. Versiones Eusebii latinas *Rufini*, *Wolfgangi Musculi*, *Io. Christophorsoni*: anglicam, belgicam, gallicam, germanicam praetereo:

SOCRATES, qui *libros* VII. *historiae ecclesiasticae* reliquit, ab anno christi CCCVI. vsque ad annum CCCCXXXIX. Is prae aliis ob iudicium ac diligentiam laudatur. Edidit illum cum Sozomeno, ex codicibus manuscriptis emendatum, noua latina versione atque eruditis notis instructum *Henricus Valesius*, Parisiis MDCLXVIII. quae editio iterum litterarum formis descripta est Moguntiae MDCLXXVII. huicque editioni nouus titulus, Amstelodamum annumque MDCXCV. prae se ferens, praefixus fuit. Exstat quoque Socrates in editionibus, antea memoratis, Roberti Stephani ac Geneuensium: in illa graece: in hac graece ac latine. Latine eum conuerterunt: *Wolfgang. Musculus* et *Ioann. Christophorsonus* cum Eusebio, Sozomeno, Theodoreto,

* CLERICI *bibiotheque. ancienn. et modern.* tom. XVI. p. 75. *acta erudit.* MDCCXXIV. p. 97. BAVMGARTENII *nachricht. von merckwürdigen bücbern*, *volum.* X. p. 310.

reto, Euagrio, quae interpretationes saepius in lucem prodierunt:

HERMIAS SOZOMENVS, qui scripsit *libros* IX. *historiae ecclesiasticae* eosque auspicatus est ab anno seruatoris CCCXXIII. et aeque, ac Socrates, vsque ad annum christi CCCCXXXIX. perduxit. Fidem eius nonnulli dubiam reddunt; alii autem candorem in illo laudant ac ipse certe veritatis studium prae se fert. Quales illius editiones ac versiones in lucem exierint, ex iis patet, quae antea a me dicta sunt:

THEODORETVS, cuius *libri* V. *historiae ecclesiasticae* ad nos peruenerunt. Narrationis suae initium fecit ab haeresi ariana atque ad mortem Theodori Mopsuesteni; siue ad annum christianum CCCCXXVII. progressus est, ita vt quae a Socrate ac Sozomeno omissa fuerant, ea suppleret. Lucem adspexit *historia* haec graece Basileae MDXXXV. fol. ac cum Eusebio aliisque Parisiis MDXLIV. fol. latine, interpretibus *Ioachimo Camerario* MDXXXVI. ac *Io. Christophorsono* cum aliorum historiae ecclesiasticae libris, etiam inter reliqua Theodoreti opera, latine euulgata, atque inter scripta historiae ecclesiasticae, ab *Henrico Valesio* in latinum sermonem conuersa ac sine textu graeco notisque edita, Parisiis MDCLXXVII. fol. graece ac latine cum Geneuae MDCXII. fol. tum in Theodoreti operibus, a *Iacob. Sirmondo* Parisiis MDCXLII. fol. editis; postea autem cura *Henrici Valesii*, Parisiis MDCLXXIII. Moguntiae MDCLXXIX. Amstelodami MDCXCV. qui non solum nouam versionem notasque; sed etiam historias Euagrii, Philostorgii ac Theodori lectoris addidit:

PHILOSTORGIVS, cuius opus *historia ecclesiastica*, ab anno christi CCC. vsque ad annum CCCCXXV. duodecim libris distinctum, iniuria temporum quidem periit; superest tamen illius epitome, a *Photio* excerpta et ab iis, quae in eiusdem *bibliotheca* de opere hoc habentur, diuersa. Primus illam graece cum latina interpretatione, vberioribus doctisque adnotationibus ac prolegomenis *Iacobus Gothofredus* Geneuae MDCXLII. 4. in lucem protulit. Post eum *Henricus Valesius* eamdem emendatiorem cumque meliore versione ac notis edidit ac historiae Theodoreti, Euagrii ac Theodori lectoris adiecit, Parisiis MDCLXXIII. quae editio iterum

Antiquiores historiæ ecclesiasticæ auctores iiqu sunt:

RVFINVS, cuius exstat *historia ecclesiastica*, in lib diuisa. Nouem eorum priores complectuntur latin terpretationem EVSEBII *historiæ ecclesiasticæ*; in qua componenda Rufinus tanta vsus est libertate, vt ali in his integrum fere decimum librum Eusebii om alia adderet atque interpolaret. Duo posteriores à Rufino scripti sunt iisque historia vsque ad mortem dosii senioris perducta est; ea autem ratione, vt mi rentur, quæ incerta sunt ac parum credibilia, atque dant, Rufinum iudicio ac fide Eusebio inferiorem Libri hi sæpius in lucem prodierunt. Edidit illos cas SIODORI *historia tripartita* ac cum præfatione *Rhenanus*, Basileæ MDXXIII. fol. iidemque cum dicta *ni* præfatione: CASSIODORI *historia tripartita* ac q dam aliis scriptoribus ecclesiasticis eodem loco MD lucem viderunt. Reliquas illorum editiones, quæ praetereo. Duo posteriores libri, quorum ipse Rufin ctor est, habentur etiam in eius *operibus*, Romæ MCC Lugduni MDLXX. Parisiis MDLXXX. fol. editis:

EPIPHANIVS *scholasticus*, qui Socratis, Sozom Theodoreti historias ecclesiasticas latine reddidit illis vnum historiæ volumen composuit, in XII. libro sum. Redacti illi sunt postea in epitomen; siue co dium, ac nomen *historiæ tripartitæ* acceperunt. Pro isti in lucem, a *Beato Rhenano* diligenter recensiti emendati, Basileæ MDXXIII. fol. ac iterum iterumqu rarum formis impressi sunt ibidem MDXXVIII. MD MDXXXIX. MDLXVIII. fol. Parisiis MDLXII. fol. MD ac Francofurti MDLXXXVIII. fol. vna cum EVSEBII *h ecclesiastica*, quam Rufinus latine vertit ac duobus

FABRICII *histor. bibliothec. part.* II. p. 396. 402. 406. I tione veterum scriptorum historiæ ecclesiasticæ græcorum cura IO ANTON RABY Aug. Taurin. MDCCXLVII. fa dire cœpit, videatur *iournal des sauans* MDCCXLVII. *august* deque ea, quæ in titulo habet Amstelodamum MDCX BERNARD in *nouuelles de la republiqu. des lettres*, MDCC p. 168.

§. II.

Post antiquiores [illegible] ecclesiasticae noui testa- menti scriptores commemorandi sunt illi, qui *medii* [illegible]. Magna [illegible] erant aeui illius tene- [illegible] in quibus res [illegible] ac litterariae iacebant; nonnulli tamen [illegible] eruditionis monimenta [illegible] historiae sacrae illustrandae [illegible]. Ad [illegible] si respiciamus, qua in [illegible], illi itidem vel *graeci* [illegible] vel [illegible].

Inter *graecos* [illegible] graphi quidam generales, qui [illegible] nunquam attigerunt; [illegible] nunc eos, ac qui [illegible]. [illegible] NICEPHO- [illegible] *historia ecclesiastica* li- [illegible] Phocae, id est, [illegible] Sozomeno, So- [illegible] Theodoro lectore, Basilio [illegible] composuit. Quum sum- ma [illegible] recensetur, adduntur [illegible] vsque ad XXIII. [illegible] philosophi; siue [illegible] colligitur, exsti- [illegible] autem iniuria [illegible] Nicephoro; siue ab alio [illegible] XVIII. primus *Io. Langus* [illegible] hancque editio- nem [illegible] MDLX. cum *Langi* scho- [illegible] MDLXII. MDLXIII. Franco- [illegible] MDLXVI. 8. duobus volu- minibus. [illegible] prodierunt illi cum *Langi* la- tina interpretatione cura *Frontonis Ducaei*, Parisiis MDCXXX. fol. duobus tomis. ** Quantum commendationis ob stili elegantiam Nicephorus sibi conciliauit; tantum contra fidei atque auctoritatis fabulosis narrationibus detraxit, quae vbi- que

* FABRICII *bibliothec. part.* II. p. 411.

** BAUMGARTENII *nachricht. von merckwürdigen büchern, vol.* X. p. 118

que fere adparent atque efficiunt, vt nemo ipſi, niſi antiquiorum teſtimoniis ſuffulto, facile credat.

Locum inter *latinos* hiſtoriæ eccleſiaſticæ ſcriptores medii æui ſibi fecerunt:

BEDA *venerabilis*, cuius ad nos delati ſunt: *hiſtoria eccleſiaſtica gentis Anglorum* libri V. Orditur a primo Iulii Cæſaris in Britanniam aduentu ac progreditur ad annum chriſti DCCXXXI. ac quamuis quæ narrat, ea præcipue ad ciuitatem chriſtianam in Anglia ſpectent; non pauca tamen admiſcet, vnde generatim hiſtoriæ illorum temporum ſacræ cognitio peti poteſt. Præter veteres editiones cum in BEDAE *operibus*; tum ſeparatim Argentorati MD. MDXIV. Hagan. MDVI. Antuerpiæ MDL. Louanii MDLXVI. Coloniæ MDCL. 8. et in commeliana *ſylloge ſcriptorum de rebus anglicis* in lucem prolatas, commemorandæ inprimis ſunt tres recentiores, cantabrigienſis cum ſaxonica ALFREDI regis paraphraſi ac *Abr. Wheloci* adnotationibus MDCXLIV. fol. pariſienſis locupletior notis ac diſſertationibus *Petri Franciſc. Chifletii* MDCLXXXI. 4. ac cantabrigienſis cura *Io. Smithi* ac filii *Georgii Smithi*, vna cum reliquis Bedæ operibus hiſtoricis ac notis MDCCXXII. fol. *

HAYMO, qui de *chriſtianarum rerum memoria* libros decem ſcripſit, a chriſto nato vsque ad tempora Theodoſii magni. Exhibent iſti epitomen ex EVSEBII ac RVFINI *hiſtoria eccleſiaſtica*. Prodiit liber hic Hagan. MDXXXI. 8. Coloniæ MDXXXI. 8. MDLXXIII. MDC. 12. Lugduni Batauor. cura *Marc. Zuer. Boxhornii* MDCL. 12. Helmſtadii MDCLXXI. 4. edente *Io. Ioachim. Madero*: item Saluiano, Maximo taurinenſi, Paciano, Sulpicio Seuero et Dorotheo tyrio ſubiunctus, cum *Petri Galeſinii* notis, Romæ MDLXIV. fol.

ANASTASIVS *bibliothecarius*, iam memorandus ob *hiſtoriam eccleſiaſticam*, quam ex tribus græcis ſcriptoribus ſumſit ac latine compoſuit. Tribus partibus illa conſtat, quarum prima complectitur NICEPHORI *chronographiam*

 com-

* *acta eruditor.* MDCCXXIV. p. 124. *memoir. liter. de la grande Bretagne tom.* X. p. 520. *famlung von alten und neuen theolog. ſachen*, 1723. p. 109. adde FABRICII *bibliothec. latin. mediæ et infimæ ætatis volum.* I. p. 503. 519. FREYTAGII *adparatum litterarium tom.* I. p. 339.

compendiariam: secunda excerpta ex Syncello, quae in ab Hierosolymis, per Pompeium victis; tertia vero maxima ex Theophane hausta est. In publicam luce storia haec cum adnotationibus emissa est a *Carol. An Fabrotto*, Parisiis MDCXLIX. fol.

ADAMVS *bremensis*, cuius ad nos peruenit *historia astica* quatuor libris, postea inter scripta historiae spe cialis eiusque certarum regionum ac populorum percensenda:

ORDERICVS VITALIS, cuius *historiam ecclesi* christo nato vsque ad annum MCXL. descriptam XLI. distinctam inter scriptores veteres historiae No norum *Andreas du Chesne* iuris publici fecit, Paris XIX. Primo libro res a tempore christi, in lucem ed que ad annum MCXL. gestae per seriem imperatorum uiter narrantur et in his illae quoque, quae ad christ que apostolos pertinent: secundo historia apostolor apostolicorum virorum, ac sub finem illius pont romanorum vsque ad Innocentium II. exhi tertio ac sequentibus libris de rebus Normannor Francia, Anglia, Apulia, Calabria, Sicilia et Palae que ad annum christi MCXL. differitur.

Ad auctores hos adiungitur ALBERTVS KRANZIVS merita in historiam ecclesiasticam aetatis huius magn Quamuis enim argumenta specialia persequatur; ea tam que refert, quae historiae ecclesiasticae vniuersae lucem ad Inter scripta eius historica locum habent: *regnorum lonarium Daniae, Sueciae et Norwegiae chronicon:* *Saxonia* ac *Vandalia*. Inprimis huc spectat *metropol* qua historiam religionis christianae, in Saxoniam riorem, Guestphaliam et Cimbriam introductae, ac cim, qui in iisdem regionibus constituti sunt, episcop vna cum vitis et rebus gestis eorum, qui episcopati praefuerunt, ab anno christi DCCLXXX. ad annum MDI duodecim exponit. Exstant operis huius edition basileenses MDXLVIII. MDLXVIII. fol. duae colo MDLXXIV. MDXCVI. 8. tres francofurtenses MDL MDXC. MDCXXVII. fol. * Plura de opere hoc infra

§

* MOLLERI *Cimbr. litterat.* tom. III. p. 389.

§. III.

Commemoratis iis, qui antiqua et media ætate operam suam in historia ecclesiastica posterioris fœderis describenda atque illustranda posuerunt, venio ad scriptores *recentiores* quumque illi diuersi generis sunt, ordines constituo eorumque rationem a religione sumo, cui quisque horum auctorum addictum se professus est. Initium facio a *lutheranis*, qui de historia hac optime meriti sunt nobisque ingenii sui monimenta tradiderunt, a studiosis rerum, in ciuitate christiana gestarum, non sine fructu legenda. Differunt illa inter se non solum mole sua, ita vt alia sint minora volumina; siue compendia: alia maiora; sed etiam dignitate, qua altera alteris vel superiora esse; vel inferiora, facile intelligendum est.

In percensendis scriptis historiæ ecclesiasticæ noui testamenti, a nostrorum sacrorum doctoribus compositis, temporum ordinem, quibus illa in lucem emissa fuerunt, sequi, animus mihi est, siue ea sint minora, id est, compendia; siue maiora. Quæ ad vtrumque fœdus, prius ac posterius, simul spectant, quum illa antea enarraui, nunc libros historiæ ecclesiasticæ noui tantum testamenti commemorabo. Quales isti sint, syllabus eorum, qui sequitur, ostendit:

Centuriæ magdeburgenses, opus historiæ ecclesiasticæ, quo nullum illustrius ac nobilius post emendata sacra prodiit. Inscriptum id est: *ecclesiastica historia, integram ecclesiæ christi ideam, quantum ad locum, propagationem, tranquillitatem, doctrinam, hæreses, ceremonias, gubernationem, schismata, synodos, personas, miracula, martyria, religiones extra ecclesiam et statum imperii politicum adtinet, secundum singulas centurias perspicuo ordine complectens, singulari diligentia et fide ex vetustissimis et optimis historicis, patribus et aliis scriptoribus congesta per aliquot studiosos et pios viros in vrbe magdeburgica.* Lucem vidit primum Basileæ ab anno MDLIX. vsque ad MDLXXIV. fol. tot voluminibus, quot sunt centuriæ, tres nimirum ac decem: deinde itidem Basileæ MDCXXIV. fol. cura *Ludouici Lucii*, quæ editio quamuis sit nitidior; minor tamen eius existimatio. In ea enim non solum epistolæ dedicatoriæ omissæ sunt;

ſed etiam varia loca, Caluini adſeclis placendi ſtu-
rupta atque interpolata ſunt. Datum eſt operi h
centuriarum, quia id auctores in centurias ita deſc
vt ſinguli tomi annorum complecterentur ce
magdeburgenſium autem, quod priores tomi Mag
compoſiti ſunt. Princeps earum auctor exſtitit MAT
FLACIVS aliique ſe, tanquam ſocios laboris, ad
xerunt, in quorum numero ſunt: Martinus Copus,
gandus, Matth. Iudex, Baſilius Faber, Pancratius V
Andreas Coruinus, Thomas Holthuterus. In c
dis ſcriptoribus operam ſuam collocarunt: Ambro
feld, Dauid Cicelerus, Caſpar Leunculus, Guil.
Nicol. Beumullerus, Bernardus Niger, Petrus S
Nec defuerunt, qui liberalitatem ſuam monſtrarent
tus ad opus hoc conferrent, id quod et alii, vt
eſt, feciſſent, niſi maleuolorum calumniis deterri
inſtituto hoc, paſſi fuiſſent. In ſingulis centuriis,
vltima eſt tertia ac decima, hiſtoria eccleſiaſtica a
decem capita reuocatur. *Primum* eorum totius ſe
ſpectum velut in tabula exhibet: *ſecundum*
de propagatione eccleſiæ atque oſtendit, quibus in
regionibus quaue ratione doctrina euangelii fuerit
tertium de perſequutione eccleſiæ deque eiusd
quillitate et pœnis perſequutorum: *quartum* de
eccleſiæ, fatis eius per ſingulos locos theologicos:
de hæreſibus, hæreticorum erroribus horumque fon
confutationibus: *ſextum* de ceremoniis ac ritibus
aſticis: *ſeptimum* de politia; ſeu gubernatione eccl
et de bibliothecis, de ſcholis, de officio magiſtra
uanda gubernatione et diſciplina eccleſiaſtica deque
papæ agitur: *octauum* de ſchismatibus ac certamin
uioribus: *nonum* de conciliis: *decimum* de vitis e
rum ac doctorum: *vndecimum* de hæreticis; ſeu
ribus, iis nimirum ipſis, quum de falſis eorum d
bus iam antea dictum fuiſſet: *duodecimum* de mar
decimum tertium de miraculis et prodigiis: *decim*
tum de rebus iudaicis externis; ſeu poli
quintum de aliis religionibus extra eccleſiam
et gentiliſmo, et a ſeculo ſeptimo m

aliis regionibus, quæ in lucem exiit primum Ro[...] MDLXIX. 8. deinde iterum ac sæpius, Vitembergæ M[...] Gœrlicii MDLXXIII. Græcii MDLXXIV. Vitembergæ MD[...] cum epistolis, ex vrbe Constantinopoli ad Chytræum, [...]sium atque alios transmissis eoque consilio adiectis, quæ in sermone dicta fuerant, ex illis fidem haberent, [...] Francofurti MDLXXXIII. 8. non solum cum memora[...]teris; sed etiam cum GENNADII *confessione fidei* [...] epistola constantinopolitanæ ecclesiæ ad Boemos, quæ [...]tio reliquis præstat elegantia atque vtilitate. * Prodiit e[...] interpretatio germanica, inscripta: *vom zustand der kir[...] in Griechenland.* Multum se commendasse orationem h[...] tot editiones illius testantur. Primus exstitit Chytræus, [...] inter Germanos notitiam de ritibus ac doctrina Græco[...] atque aliorum orientis christianorum daret, ac qua[...] sermonis ratio postulauerit, vt breuitati studeret, mul[...]men edisseruit vtilia. ** ANTONIVS POSSEVINVS [...]pugnauit orationem hanc in *refutatione imposturarum [...]dam Dauidis Chytræi, quas in oratione quadam [...] quam de statu ecclesiarum* ceter. *edidit et per Suec[...] Daniam aduersus orthodoxam fidem disseminari curauit*, [...]golstadii MDLXXXIII. 8. *** sed CHYTRAEVS defend[...] in *responsione ad Antonii Posseuini et Mylonii cuiusdam [...]minationes*, Vitembergæ MDLXXXIV. 4. *

RICHARDI SIMONIS *histoire critique de la cre[...] et des coutumes des nations du Leuant*, sub ficto no[...] *domini de Moni*, ** edita Francofurti MDCLXXXIV. 12. [...] postea cum inscriptione: *histoire critique des dogmes et controuerses des chretiens orienteaux*, Treuoltii MDCCX[...] quo libro exponitur de Græcis, Melchitis, Georgianis [...]

[...]lib

* locum etiam habet in CHYTRAEI *orationibus*, p. 384.
** vberius orationem hanc enarrat SCHVTZIVS in *vita C[...] libr.* II. p. 92. adde REIMMANNI *catalog bibliothec.* [...] p. 819. ZELTNERI *breuiarium controuers. cum eccles. græc.* p[...]
*** exstat in opusculis, quæ POSSEVINI *Moscoviæ* addita [...] p. 278. edit. MDXCV.
* de controuersia hac videatur SCHVTZIVS in *vita* [...] p. 101.
** vide PLACCII *theatr. pseudonymor.* p. 447.
*** *acta eruditor.* MDCLXXXIV. p. 490.

ıis et Mengreliis: de Nestorianis: Indis; siue
ıcti Thomae dictis: de Iacobitis, Coptitis,
Aethiopibus, Armeniis, Maronitis, ea ratio-
ɔrum religione, ritibus, controuersiis fiat ser-
ıduntur, non plane vulgares, auctorque ani-
'at, partium studio non penitus addictum,
e fateatur, Graecorum dogmata a nonnullis
us, quam par sit, tractari: fuisse quoque, qui
ente de Graecis scriberent, vt conciliarent sibi
mani voluntatem: *

CROIX *etat present des nations et eglises grec-*
'enne et maronite en Turquie, Parisiis MDCXCV.
XV. 8. quo libro auctor alios quidem in per-
nducere adnisus est, de plerisque religionis
ısensionem esse inter Graecos ac pontificis ro-
ıs, quae, tanquam falsa, si remouentur; su-
en in scripto hoc multa memorabilia ac fide
n illa antea visa fuerint atque audita: **

EL. LEQVIEN *oriens christianus*, *in quatuor*
r *digestus*, *quo exhibentur ecclesiae patriarchae ce-*
ules totius orientis, Parisiis MDCCXL. fol. ***
atque egregium opus est, quod ad notitiam sa-
adquirendam multa ac perutilia adiumenta
uisum id est in tres tomos. Eorum *primus*
tres magnas dioeceses, Ponti, Asiae et Thra-
rchae constantinopolitano subiectas: *secundus*
ientale, ad eumdem patriarcham constantino-
ıertinens, patriarchatum alexandrinum et an-
magnasque Chaldaeorum et Iacobitarum dioe-
us ecclesiam Maronitarum, patriarchatum hie-
ım et quotquot fuerunt ritus latini tam patriar-

 chae;

ALII *theologische bibliothec*, *volum.* II. p. 182. REIM-
ılog. biblioth. theolog. p. 819. ZELTNERI *breuiarium*
. *cum eccles. graec.* p. 32.
ır. MDCXCVI. p. 3. LILIENTHALII *theolog. biblioth.*
. 187. REIMMANNI *catalog. biblioth. theolog.* p. 814.
breuiarium controuersiar. cum eccles. graec. p. 32.
tor. MDCCXLVI. p. 289. *samlung von alten und neuen*
n, 1743. p. 116.

chæ; quam inferiores præſules in quatuor patriarch
et in oriente vniuerſo. Lucem vidit liber hic, poſt
auctor mortalitatem ſuam finierat. Mors hæc et cau
cur Africa chriſtiana, quam vna cum oriente ſe euulgat
eſſe, promiſerat, minus venerit in conſpectum orbis
HENRICI BENZELII diſſertatio de *ſectis eccleſia-
talis noſtri temporis*, qua agitur de ſchiſmatibus inter eccl
orientalem et occidentalem: de maronitis ac copt
Egregie inſeruit etiam iis, qui rebus ſacris chriſtian
orientis operam dant, IOSEPHI SIMONII ASSEM
bibliotheca orientalis clementino - vaticana, tribus
quorum primus Romæ MDCCXIX. ſecundus ibi
MDCCXXI. tertii pars prima eodem loco MDCCXXV
ſecunda ibidem MDCCXXVIII. fol. in lucem prodiit.
illa codices manuſcripti ſyriaci, arabici, perſici,
ebraici, ſamaritani, armenici, æthiopici, græci, ægyp-
ci, iberici et malabarici recenſentur ac multa adfer
quæ hiſtoriæ eccleſiaſticæ orientali lucem præbent.

In enarrando ſtatu eccleſiæ *græcæ*, ſpeciatim
variorum auctorum induſtria verſata eſt. Exſtant
argumenti huius, ab ipſis Græcis compoſita, vti ſunt:

CHRISTOPHORI ANGELI *enchiridion de ſtatu
diernorum Græcorum*, quod prodiit primum græce ac la
Cantabrigiæ MDCXIX. 4. deinde cum notis *Georgii Feh-
laui* Francofurti MDCLV. 12. ac cum vberioribus illius n
multisque ſcriptorum teſtimoniis, MDCLXVIII.
MDCLXXI. MDCLXXIX. 4. quæ autem in titulo habet
A. G. F. ſiue primas litteras nominum *Chriſtophori A*
et *Georgii Fehlauii*, *hiſtoria græca*, Francofurti MDCC
non eſt ipſius libri noua editio; ſed nouam tantum in
ptionem præ ſe fert. Auctor non tam dogmata; q
ritus Græcorum, ieiunia, res monachorum apud illos
dit: vera falſis ac fabuloſis miſcet: plebeio vtitur ſerm
ac præbet ſe hominem neque grauiori iudicio; neque
curatiore rerum græcarum ſcientia inſtructum. At
liber eius non ſine omni vtilitate legendus eſt: **

* exſtat in auctoris *ſyntagmate diſſertationum* p. 238.
** FABRICII *hiſtor. bibliotb. part.* V. p. 367.

ı CYPRII *chronicon ecclesiæ græcæ*, quod ex
yzantino primus græce edidit *Nicolaus Blan-*
olum latinam versionem; sed etiam ANGELI
u hodiernorum Græcorum cum *Fehlauii* lati-
one adiecit, Franeckeræ MDCLXXIX.4. Latine
iit studio *Henrici Hilarii*, Lipsiæ MDCLXXXVII.
ilem operam in illo emendando, illustrando
lo posuit. Quum enim chronicon hoc ca-
iarcharum constantinopolitanorum exhibet,
ı eo vitiosa erant, correxit ac historiam pa-
lcuratiorem pariter ac pleniorem dedit. In
ıæ accessit, habentur variæ adnotationes ac
rum epistolæ, ad historiam hanc illustran-
æ: *

II IOANNIDIS ZIALOWSKI *breuis deli-*
orientalis, numquam antehac; nunc vero cum
, Noribergæ MDCLXXXI.8. ** In lucem pro-
nem hanc ac notis illustrauit *Wolfgang. Gund-*
ıam illam manuscriptam a socero suo, *Io. Vo-*
m ab auctore acceperat. Quum enim Zia-
ıe ruthenus, Noribergæ atque Altorfii com-
t ac historiam hanc scripsisset, tradidit eam
gelio, patrono suo. Plura itidem in ea de
ı de dogmatibus Græcorum habentur sique et
ur; ea tamen sunt pleraque, de quibus Græ-
antibus consentiunt:

DRI HELLADII *status præsens ecclesiæ Græ-*
am caussæ exponuntur, cur Græci moderni no-
litianas, in lingua græco-barbara factas, acce-
Altorfii MDCCXIV. 8. *** quo libro auctor

 non

II. p. 147. REIMMANNI *catalog. biblioth. theolog.*
NECCII *abbildung der griechischen kirche, part.* I.
ERI *breuiarium controuers. cum ecclesia græca* p. 15.
supplement. tom. I. p. 390. LILIENTHALII
volum. II. p. 170. Est *chronicon* hoc etiam græce
ANDVRI *imperio orientali tom.* I. p. 218.

MDCLXXXII. p. 6.

Trevoux MDCCXVIII. *octobr.* p. 536. *iournal des*
sauans

non vulgarem quidem eruditionem ac peritiam rerum triæ ecclesiasticarum ac litterariarum monstrauit; ma autem existimationem illi conciliasset, vbi, quemadm bonum virum decet, prauos ambitionis atque inuidi fectus coercuisset; nec eos acerbe perstrinxisset, qui d tu Græcorum, recentiori præsertim, ita commenta vt non honorifice semper de illis iudicauerint: *

Præter Græcos ipsos, alii de rebus ecclesiæ græ moscouiticæ exposuerunt, iique lutherani, reform tificii, quorum hæc ingenii monimenta in lucem exi

IO. LASITSKI; siue LASICII *collectio variorum rum de Russorum, Moscowitarum et Tartarorum reli sacrificiis et nuptiarum ac funerum ritu*, Spiræ MDLXX

MARTINI CRVSII *Turco-græcia libri octo*, *Græcorum status sub imperio turcico in politia et oeconomia et scholis, iam inde ab amissa Constantin hæc vsque tempora, luculenter describitur*, Basileæ MDL et MDXCIV fol. Liber est egregius ac rarus, qu ipsorum Græcorum commentationes atque epistolas lorum statu ciuili atque ecclesiastico complectitur: **

CAESARIS BARONII *historica relatio de Ruth origine eorumque miraculosa conuersione et quibusdam ali rum regum rebus gestis; item quo modo progressu tempor agnita veritate defecerint; partim vero ad comm sanctæ sedis apostolicæ recepti fuerint*, Coloniæ MDXCVIII.

sauans MDCCXXVI. *iun.* p. 603. *iul.* p. 3. *vnschuldige nach* 1714. p. 661. 1016. LILIENTHALII *theolog. bibliothec*, p. 178. REIMMANNI *catalog. bibliothec. theolog.* p. 811. F CII *bibliothec. græc. volum.* X. p. 515. ZELTNERI *breuiari trouersiar. cum ecclesia græc.* p. 40.

* legenda est GESNERI *obseruatio de eruditione Græcorum*, *die viuunt*, contra Helladium scripta et translata in *miscell lipsiensium tom.* II. p. 399.

** opus hoc copiose recenset FABRICIVS *bibliothec. græc.* p. 692. adde VOGTII *catalog. librorum rarior.* p. 226.

*** NICERONII *memoir. tom.* XXVII. p. 306. Qu *adpendice tom.* VII. *annalium* exstant de *Ruthenis*, *ad dis apostolicæ a Clemente* VIII. *receptis*, ea in add *storica* separatim edita sunt.

iterum cum eiusdem BARONII *relatione historica de Gabrielis, patriarchae alexandrini, ad sedem apostolicam legatione*, Coloniae MDC. 8. gallice autem vtrumque scriptum lucem adspexit sub titulo: *discours de la reunion des eglises d'Alexandrie et de Russie a l'eglise romaine, traduit du latin du cardinal, Caesar Baronius par Marc. Lescarbot*, Parisis MDXCIX. 8. *

IO. FABRI liber de *Moscouitarum religione*, qui cum aliis scriptis rerum moscouiticarum lucem adspexit, Francofurti MDC. fol. **

IO. IACOBI BEVRERI *angariae turcicae hodiernae ecclesiae graecae*, Friburgi MDXCV. MDCVIII. qui praecipue ostendit, quam miseri: quam calamitosi sint christiani graeci in imperio turcico:

IO. IACOBI HVLDRICI *disquisitio theologica et historica de religione ecclesiarum graecanicarum, tum veteri; tum hodierna*; Tiguri MDCXXI.

IO. CONRADI DANNHAVERI dissertatio de *religione moscouitarum*, Argentorati MDCLX. et MDCLXVII. MDCLXXXVII. MDCCIII. ***

ELIAE VEIELII *exercitatio de ecclesia graeca hodierna, Allatio potissimum, Arcudio et Nibusio opposita*, quam veluti disputationem academicam cum praeside *Dannhauero* Argentorati MDCLXI publice defendit; postea autem illa sub memorato titulo in lucem prodiit, Argentorati MDCLXVI. 4. quumque LEO ALLATIVS refutationem illius scripsisset, edidit VEIELIVS *defensionem exercitationis* suae, Francofurti MDCLXVI. 4. atque in vtroque opusculo, quod et historicum et polemicum est, eruditionem pariter ac industriam probauit:

MICHAELIS SIRICII dissertatio de *religione Moscouitarum*, Giessae MDCLXI.

IO. QVISTORPII disputatio de *christianismo hodiernorum Graecorum*, Rostochii MDCLXV.

* CLEMENT *bibliotheque curieus. historiqu. et critiqu. tom.* II. p. 450. REIMMANNI *catalog. biblioth. theolog.* p. 402.

** locum habet in FREHERI *rerum moscouiticarum auctoribus variis*, Francofurti MDC. fol. editis, p. 130.

*** est in volumine eius *disputationum academicarum* p 1611.

IO. ERNESTI GERHARDI dissertatio de *religione ritibusque ecclesiasticis Moscouitarum*, Ienæ MDCLXV.

LVDOVICI MAIMBVRGII *histoire du schisme des Grecs*, Parisiis MDCLXXVII. 4. Amstelodami MDCLXXXII. 12. Parisiis MDCLXXXVI. 4. qui liber quum historiam discidii, inter Latinos et Græcos facti, complectitur eamque ab anno DCCCLIV. vsque ad annum MCCCLIII. enarrat; ita autem res maxime memorabiles vtriusque ecclesiæ explanat, eum merito huc referendum esse, existimo. In illo auctorem eam commentandi rationem iniisse, vt caussam ecclesiæ romanæ ageret, mirum non est: *

THOMAE SMITHI *epistola de graeca ecclesia hodierno statu*, Londini MDCLXXVIII. 8. et auctior Traiecti ad Rhen. MDCXCVIII. 8. ** qui præcipue de ritibus Græcorum exponit; non mediocri tamen industria ac fide, quum apud legatum britannicum ad Turcorum imperatorem sacerdotis munere functus est ac multarum rerum, quas narrat, spectator fuit: ***

ABR. CALOVII et IO. MEISNERI *dissertationes panegyricæ de Græcorum fide et religione*, quæ coniunctim prodierunt, Vitembergæ MDCLXXXV.

PAVLLI RICAVTII *histoire de l'etat present de l'eglise grecque et de l'eglise armenienne*, quæ historia primam lucem angliçe vidit; deinde autem prodiit non solum gallice, interprete *Rosemondo*, sub memorato titulo, Medioburgi MDCXCII. 12. Amstelodami MDCXCVIII. 12. MDCCX. 8. sed etiam lingua germanica, ita inscripta: *beschreibung des gegenwärtigen zustandes der vnter der turckischen tyranney seufzenden griechisch vnd armenischen kirche, durch herrn von Ricaut gesetzt, welchem beygefügt, was der herr de la Croix von der maronitischen kirche obseruiret*, Francofurti sine mentione anni

* LILIENTHALII *theol. biblioth. volum.* II. p. 154.

** *ibidem* p. 171. NEOCORI et SIKII *bibliotheca librorum nouorum*, *tom.* III. p. 814.

*** quæ SMITHVS in *epistola* hac de transsubstantiatione tradiderat, ea SIMON impugnare adnisus est. Orta est hac de re inter vtrumque controuersia, cuius scripta *bibliotheca* huius *tom.* II. p. 230. recensui.

anni fol. Multum commendauit se liber hic variis virtutibus, quibus ille ornatus est. Auctor vtitur dicendi forma, quae plana, perspicua atque elegans est: sequitur adcuratioris ordinis leges: ostendit industriam ac facultatem iudicandi: fidem prae se fert, quum ab epistolis secretis legati britannici ad imperatorem turcicum fuit atque in prouincia hac multa eorum, quae memoriae prodidit, ipse inspexit: *

MARTINI CHLADENII dissertatio de *fide ac ritibus ecclesiae graecae hodiernae*, contra Nau et Allatium, Vitembergae MDCXCIII.

THEOPHILI WAHRMVNDI libellus, qui variis linguis titulisque in lucem prodiit. Exaratus is est germanice ac primum hac exiit inscriptione: *vniuersa religio ruthenica et moscouitica*, Freystadii MDCXCVIII. 8. cum figuris: deinde titulo hoc: *moscouitischer; oder reussischer kirchenstaat*, Lipsiae eodem anno 12. sine imaginibus: sine WAHRMVNDI nomine, cum *Io. Georgii Pritii* praefatione: ** iterum ita inscriptus: *religion der moscowiter*, Francofurti et Lipsiae MDCCXII. 8. cum figuris iisque aliis ac pluribus, quam in prima editione, ac cum noua praefatione. *** Gallice idem lucem vidit, titulo hoc: *la religion ancienne et moderne des Moscouites, enrichie des figures*, Coloniae MDCXCVIII. 12. * cuius nouam editionem esse: *la religion vniuerselle des Moscouites* MDCCV. nonnulli suspicantur, ac belgice: *religie der Moscouiters*, Tielae MDCXCVIII. 8. ** Libellus ipse non magni momenti est; nec tamen omni

* LILIENTHALII *theolog. biblioth. volum.* II. p. 171. REIMMANNI *catalog. biblioth. theolog.* p. 813.

** TENTZELII *monatliche vnterredungen*, 1698. p. 322. REIMMANNI *catalog. biblioth. theolog.* p. 814. 822.

*** REIMMANNVS *dicto loco* p. 817. Memoratur etiam editio Francofurt. MDCCXIV. 8. vide LILIENTHALII *theolog. biblioth. vol.* II. p. 175.

* *iournal de Berlin* MDCXCVIII. p. 109.

** KVSTERI et SICKII *biblioth. libror. nouor. tom.* II. p. 252. Interpretem esse *Io. von Leeuwen*, tradit FABRICIVS *salutar. luc. euangelii* p. 476. in titulo autem indicatur, illum „esse“ bibliopolam, cuius sumtu liber prodiit.

caret vtilitate. Pleraque eius ex DANNHAVERI dissertatione de *religione Moscouitarum*, cuius antea mentionem feci, sumta sunt, ac quæ narrantur, ea neque ad recentissimum ecclesiæ græcæ statum pertinent; neque omnia fidem præ se habent:

BENEDICTI PICTETI *breuis collatio sententiarum Græcorum recentiorum cum Græcorum veterum placitis*, Amstelodami MDCC. 12. cui eam ob caussam locum hunc tribuo, quia illa ad historiam dogmatum Græcorum illustrandam adiumenta adfert:

NICOLAI BERGII *exercitatio de statu ecclesiæ et religionis moscouiticæ*, quam quum in certamine litterario Vpsaliæ MDCCIV. 8. publice defendisset, auxit eam postea ac partem secundam MDCCV. 8. addidit; vtraque autem pars coniunctim lucem adspexit Lubecæ MDCCIX. 8. et Lipsiæ MDCCXXII. 8. Auctor eruditione atque experientia satis instructus, argumentum hoc ita persequutus est, vt multa falsa, quæ ab aliis ante eum de moscouitica ecclesia ac religione tradita fuerant, diligenter emendaret resque adcuratius exponeret: *

IO. MICHAEL. HEINECCII *eigentliche vnd wahrhaftige abbildung der alten vnd neuen griechischen kirche, nach ihrer historie, glaubenslehren vnd kirchengebräuchen*, Lipsiæ MDCCXI. 4. tribus partibus, opus, quod inter omnia historiæ huius scripta præstantia sua eminet, siue ad adparatum rerum; siue ad illarum eruditam ac perspicuam explanationem animum aduertere velimus: **

IO. FECHTII *kurtze nachricht von der religion der heutigen Griechen, wie ihre kirche entstanden vnd von der lateinischen sich separiret*, Rostochii MDCCXI. 8. qui liber vitiis quidem minus caret; nec tali industria atque adcuratione

* *iournal des sauans* MDCCX. *aug.* p. 210. *memoir. de Treuoux* MDCCXVII *mai.* p. 673. *vnschuldige nachrichten*, 1709. p. 32. LILIENTHALII *theolog. biblioth. volum.* II. p. 172.

** *acta eruditor.* MDCCXII. p. 90. *neue hällische bibl. vol* II. p. 615. *vnschuldige nachrichten*, 1712 p. 132. LILIENTHALII *theol. biblioth. volum* II. p. 150. REIMMANNI *catalog. biblioth. theolog.* p. 801. ZELTNERI *breuiarium controuersiarum cum ecclesia græca* p. 42.

tione elaboratus est, qualem argumentum pertractatum requirit, quum auctor subsidiis, ad hanc rem necessariis, non satis instructus fuisse videtur; ille tamen non penitus contemnendus est atque omnino illis vtilitatem præbet, qui facultate destituti sunt, meliora scripta euoluendi: *

IACOBI DEBIAE *account of the religion of the Moscovites*, Londini MDCCXII. 12.** qui liber germanice redditus esse traditur in *der beschreibung der religion der Moscowiter*, Francofurti MDCCXII. 12. *** videtur autem ille epitome libelli, sub WAHRMVNDI nomine editi et antea a me enarrati:

IO. COVELI *some account of the present greeck church* Cantabrigiæ MDCCXXII. fol. quæ notitia coniunctas sibi habet animaduersiones ad hodiernam ecclesiæ græcæ doctrinam et disciplinam, speciatim de eucharistia et reliquis sex illius sacramentis, ac collata est cum GOARI *notis ad rituale; siue euchologium gracum.* Auctor a sacris fuit legati regis Angliæ Caroli II. missi in aulam turcicam eo tempore, quo inter Claudium, reformatum, atque Arnaldum et alios pontificios de *perpetuitate fidei* circa sacram cœnam lis erat, et memoratum librum eo quoque consilio conscripsit, vt ex eo pateret, Græcos cum pontificiis de cælestibus epulis, speciatim de transsubstantiatione, haud consentire: *

IO. PETRI KOHLII *ecclesia græca lutheranizans; siue exercitatio de consensu et dissensu orientalis græcæ; speciatim russicæ, et occidentalis lutheranæ ecclesiæ in dogmatibus*, Lubecæ MDCCXXIII. 8. quod opusculum eruditum atque vtile est, quum eo monstratur, ruthenos facilius coniungi posse cum lutheranis; quam cum pontificiis, ac quamuis ita præcipue polemici sit argumenti; refero tamen illud ad hunc

* LILIENTHALII *theolog. biblioth. volum.* II. p. 175. REIMMANNI *catalog. biblioth. theolog.* p. 818. *vnschuldige nachrichten*, 1711. p. 201.

** *neuer büchersaal der gelehrten welt*, *volum.* II. p. 72.

*** vide FABRICII *salutarem lucem euangelii* p. 477.

* *acta eruditor.* MDCCXXIII. p. 473. *bibliotheque angloise tom.* X. p 214. *samlung von alten vnd neuen theologischen sachen*, 1723. p. 119. 995.

hunc locum, quia simul multa continet, quæ rebus moscouitarum ecclesiasticis lucem adferunt. Addita ei est: IO. QVISTORPII *dissertatio de christianismo Græcorum hodiernorum*, Leoni Allatio opposita et antea a me sigillatim adducta: *

ADAMI ERDMANNI MIRI *kurtze vorstellung der griechischen kirche*, Lipsiæ MDCCXXV. 8. ** quo libello auctor breuitati studuit ac quæ alii copiosius scripta reliquerunt, ea in epitomen redegit, Heineccium maxime sequutus:

THOMAE CONSETTI liber, cuius titulus est: *the present state and regulations of the church of Russia*, Londini MDCCXXIX. 8. duobus voluminibus, *** qui inter præcipua scripta de religione Russorum nostri temporis refertur. Quum enim auctor per plures annos in Russia commoratus est multaque subsidia ex consuetudine cum præcipuis Russiæ theologis habuit, existimationem fidei atque adcurationis is sibi conciliauit: *

IO. HENRICI STVSSII *obseruationes selectæ de ecclesia græca sub Turcis hodierno statu*, Gothæ MDCCXXXIII. 4. **

IACOBI ELSNERI *neueste beschreibung der griechischen christenheit in der Turkey, aus glaubwürdiger erzehlung herrn Athanasius Dorostamus, archimandriten des patriarchen zu Constantinopel, nebst von ihm selbst gezeichneten kupfern aufgesetzt, erläutert vnd bestätiget*, Berolini MDCCXXXVII. 8. *** vbi non solum litteris mandata sunt, quæ

* *actor. eruditor. supplement. tom.* VIII. p. 500. LILIENTHALII *theolog. biblioth. volum.* II. p. 172. REIMMANNI *catalog. biblioth. theolog.* p. 817. qui librum hunc sine caussa perstringit.

** *samlung von alten vnd neuen theologischen sachen*, 1727. p. 780.

*** *ibidem* 1730. p. 662.

* quæ in libro hoc de religione ruthenica habentur, ea in MARTINI *nachricht aus Rußland*, Francofurti et Lipsiæ MDCCXXXI. germanice legenda sunt.

** *samlung von alten vnd neuen theologischen sachen*, 1733. p. 333.

*** *nouer. actor. eruditor. supplement. tom.* III. p. 8. *bibliotheque germaniqu. tom.* XL. p. 100. LILIENTHALII *theologische bibliothec, volum.* II. p. 180.

quæ a Dorostamo relata fuerant; sed ELSNERVS addidit quoque notas iisque multa capita de Græcis, eorum statu, dogmatibus, ordinibus ecclesiasticis, ritibus atque aliis rebus illustrauit atque ab aliis praue; aut minus adcurate narrata emendauit. Quum essent, qui fidem Dorostami imminuerent: immo eum in suspicionem falsi hominis adducere viderentur, * Elsnerus certus de bona illius mente, defensionem eius suscepit ac simul ad narrationes de statu ecclesiæ græcæ continuandas vberiusque explanandas se contulit. Vtrumque erudite ac feliciter præstitit in *der fortsetzung der neuesten beschreibung der griechischen kirche*, Berolini MDCCXLVII. 8. **

IACOBI GVILIELMI FEVERLINI dissertatio de *religione Ruthenorum hodierna*, Gœttingæ MDCCXLV. diligenter atque eleganter scripta inque tria capita diuisa. Eorum *primo* scriptores de religione Ruthenorum recensentur: *secundo* de doctrina sacra ostenditur, Ruthenos nobiscum sentire, ac *tertio* de hierarchia ac ritibus ecclesiasticis exponitur. Quodam modo adiungi potest: ANTONII POSSEVINI *Moscouia*, Vilnæ MDLXXXVI. 8. Antuerpiæ MDLXXXVII. 8. Coloniæ MDLXXXVII. MDXCV. fol. cum opusculis quibusdam, quoniam ibi multa dicta sunt, quæ ad res religiosas Ruthenorum pertinent. Nec omittendas esse puto, IO. BOTHVIDI theses de quæstione: *vtrum Muschouitæ sint christiani?* iussu regis Succiæ publicæ disquisitioni in academia vpsaliensi MDCXX. submissas et iterum a *Caspar. Henrico Starckio* editas, Lipsiæ MDCCV. 4.

Scripta, iam enarrata, ad historiam ecclesiæ græcæ ac moscouiticæ generatim spectant. Sunt alia, quorum auctores quum singularia argumenta eiusdem historiæ pertractarunt, varia illorum exstant genera. Quædam de ritibus sacris Græcorum exponunt, nominatim: ISAACI HABERTI *archieraticon*, *liber pontificalis ecclesiæ græcæ*, Parisiis MDCXLIII. fol. IACOBI GOARI *euchologion; siue rituale Græcorum*, Parisiis MDCXLVII. fol. LEONIS ALLATII

* *samlung von alten vnd neuen theologischen sachen*, 1741. p. 420.

** *acta erudit**or.** MDCCXLVII. p. 566. *samlung von alten vnd neuen theolog. sachen*, 1753. p. 669.

LATII dissertationes duae de *libris ecclesiasticis Graecorum*: liber de *templis Graecorum recentioribus*: *de narthece ecclesiae veteris et de Graecorum hodie quorundam opinationibus*, atque aliorum huiusmodi commentationes. De sanctis Graecorum ac Moscouitarum notitiam suppeditant: *menaea* ac *menologia* Graecorum: *calendarium Ruthenorum*, ab *Antonio Posseuino* * editum: *menologium ruthenicum*, cura *Daniel. Papebrochii* publicae luci expositum: ** *menologium slauo-russicum*, Moscouiae MDCLXXIX. et alia generis huius scripta. Quae inter Graecos disputata atque acta sunt de synodo florentina atque in illa decreta concordia vtriusque ecclesiae, graecae ac latinae: de CYRILLI LVCARIS *confessione christiana fidei*: de consensione inter Graecos et Latinos, qualis illa sit? ea itidem memorabilia capita sunt historiae sacrae Graecorum. Sed tamen, quae ad singulares has res pertinent, scripta nonnulla nunc veluti in transitu strictimque adduxi, quum alia eorum in prioribus tomis bibliothecae huius *** iam percensui; alia autem infra inter monimenta de ritibus ecclesiasticis deque sanctis vberius commemorare, mihi animus est.

Quae vti loco hoc praetermitto; ita contra libet, antequam notitiae commentariorum de ecclesia graeca ac moscouitica finem faciam, scripta nonnulla de ecclesia *constantinopolitana* adiungere. Refertur inter illa CAROLI DV FRESNE, domini DV CANGE *Constantinopolis christiana*, qua eius *historia byzantina*, *duplici commentario illustrata* ac Parisiis MDCLXXX. fol. edita, continetur; exhibet autem ista tantum descriptionem vrbis celebriumque eius aedificiorum ac monimentorum, atque ostendit, qualis exstiterit Constantinopolis tempore imperatorum christianorum, hocque nomine minus spectat ad ecclesiam. Maiori iure locum hunc obtinet: GEORGII CODINI liber de *officiis et officialibus aulae imperatorum et magnae ecclesiae constantinopolitanae*, graece scriptus atque in lucem emissus

* in *adparatu sacro tom.* II. voce *Rutheni.*
** praemissum est cum menologio graeco metrico *tom.* I. *actor. sanct. maii.*
*** *tom.* I. p. 433. *tom.* II. p. 572. 581. seqq.

emissus a *Francisco Iunio* sub nomine *Nadabi Agmonii*, MDLXXXVIII. 8 iterum additis aliquot pagellis ac nouo titulo, in quo *Francisci Iunii* nomen positum est, Heidelbergae MDXCVI. 8. deinde a *Iacobo Gretsero* cum noua versione latina ac tribus commentariorum, obseruationum et emendationum libris et dissertatione de imaginibus, non manufactis, Parisiis MDCXXIII. fol. denique a *Iacobo Goaro*, Parisiis MDCXLVIII. fol. quae editio reliquis locupletior atque emendatior non solum est; sed etiam eruditissimis adnotationibus instructa. Addo IVLIVM CAESAREM BVLENGERVM, cuius libris de *imperatore ac imperio romano*, Lugduni MDCXVIII. fol. adiuncta est adpendix de *officiis regni Galliae et magnae ecclesiae Constantinopoleos*. Catalogum patriarcharum constantinopolitanorum dedit PHILIPPVS CYPRIVS in *chronico ecclesiae graecae*, quod antea recensui, qualem etiam; maiori tamen atque adcuratiori studio IO. ALBERT. FABRICIVS * composuit.

Antequam commemorationem librorum, qui notitiam rerum christianarum in Europa suppeditant, ad finem perducam, adiungo: DANIELIS FARLATI opus magni laboris multaeque eruditionis, inscriptum: *Illyrici sacri tomus primus. Ecclesia salonitana, ab eius exordio vsque ad seculum quartum aerae christianae*, Venetiis MDCCLI. fol. ** ac *Illyrici sacri tomus secundus. Ecclesia salonitana, a quarto seculo aerae christianae vsque ad excidium Salonae. Accessere vita Diocletiani imperatoris, acta sanctorum ex eius genere et marmora salonitana*, ibidem MDCCLIII. fol. *** vna cum FLAMINII CORNELII *Creta sacra; seu de episcopis vtriusque ritus, graeci et latini, in insula Creta. Accedit series praesidum venetorum illustrata*, Venetiis MDCCLV. 4. duobus tomis. *

§. XII.

* in *bibliothecae* eius *graecae volum.* VI. p. 746. recensentur patriarchae constantinopolitani post captam a Turcis vrbem, et p. 757. exstat catalogus patriarcharum constantinopolitanorum, ordine alphabetico compositus.

** *acta eruditor.* MDCCLIX. p. 593.

*** *ibidem* p. 625.

* ERNESTI *neue theolog. bibliothec, volum.* I. p. 963.

§. XII.

Hactenus de ingenii monimentis, quibus res c stianorum Europæ narratæ atque ad posteros del sunt. Quum doctrina euangelii salutaris non in Europa; sed etiam in aliis orbis partibus tradita est propagata, ii, qui illam amplexi ac christum seru rem suum professi sunt, inter se societatem commu nemque inierunt ac sanctiores constituerunt cœtus. natæ sunt ecclesiæ christianæ in Asia: speciatim in S *ria*, *Armenia*, *India orientali*, *China*, *Iaponia*, *Tartar* quarum notitiam si quis sibi adquirere vult, sumere Iam ex variis scriptis potest, ad id compositis, vt h storiam horum cœtuum christianorum enarrarent; aut c pita quædam illius illustrarent. Spectant ad histori sacram:

I) *Syriæ* generatim: IOSEPHI BESSONI *Syria s cta; siue de missionibus patrum societatis in Syria*, Pari MDCLX. 8. gallice, et interprete *Ioseppho Anturino* ita Romæ MDCLXII. 4. ac BIAGII TERZI *Siria sacra*, *scrittione delle due chiese patriarchali, Antiochia e Gero lemme*, Romæ MDCXCV. fol. speciatim autem ad celeb illius vrbem *Antiochiam* eiusque præsules: PETRI SCHII *tractatus historico-chronologicus de patriarchis tiochenis tam græcis; quam latinis: immo et iacobitis que ad sedem, a Saracenis euersam*, Antuerpiæ MDCCXX In Syria est mons *Libanus*, et ad hunc sunt *maronitæ*, pulus christianus, de quorum religione, sacris, statu commentati sunt: GABRIEL SIONITA, ipse mar ta, in *epistolis de nonnullis maronitarum ritibus*: ** AB HAMVS ECCHELLENSIS, itidem maronita, in epistol Ioannem Morinum, qua perscribit: *capita epitomes stitutionum ecclesiæ maronitarum, quæ leguntur syria corum ecclesiis et conuersæ habentur in linguam arabi* ...

* *acta eruditor.* MDCCXXVI. p. 197. eorumdem *actor. suppl tom.* IX. p. 67. *memoires de Trevoux* M D C ... p. 1802.

** sunt epistolæ binæ, ad Nihusium scriptæ, ... LATII *symmict. libr.* I. p. 295.

modum administrandi sacramenti pœnitentiæ apud eosdem maronitas: *figuram ecclesiæ maronitarum*: * IO. ERNESTVS GERHARDVS dissertatione de *ecclesia maronitarum*, Ienæ MDCLXVIII. FAVSTVS NAIRONVS, banensis maronita, cuius exstat *dissertatio de origine, nomine et religione maronitarum*, Romæ MDCLXXIX. 8. qui et reliquit: *enopliam fidei catholicæ romanæ historico-dogmaticam; seu de christianis orientalibus, eorum doctrina et fide*, Romæ MDCXCIV. 8. DE LA CROIX in *etat present des nations et eglises greeque, armenienne et marionite en Turquie*, Parisiis MDCXCV. 12. MDCCXV. 8. quem librum iam antea recensui:

II) Armenia:

TILEMANNI BREDENBACHII liber de *Armeniorum ritibus, moribus, erroribus*, Basileæ MDLXXVII.

MATTHAEI BEMBI *ritus Armeniorum et inuitatio ad vnitatem cum ecclesia catholica*, Cracouiæ MDCXXX. 4. lingua polonica:

IO. ERNESTI GERHARDI dissertatio de *statu Armeniæ ecclesiastico et politico, tam pristino; quam hodierno*, Ienæ MDCLXV. quæ multa, memorabilia ac lectione digna, tradit:

CLEMENTIS GALANI, missionarii ad Armenos, *historia armena, ecclesiastica et politica, nunc primum in Germania excusa et ad exemplar romanum diligenter expressa*, Coloniæ MDCLXXXVI. 8. et iterum Francofurti et Lipsiæ MDCCI. 8. Ediderat auctor: *conciliationem ecclesiæ armenæ cum romana ex ipsis Armenorum, patrum et doctorum testimoniis*, opus trium voluminum, quorum primum Romæ MDCLI. MDCXC. secundum ibidem MDCLVIII. ac tertium eodem loco MDCLXI. fol. armenice ac latine lucem adspexit. Primum horum voluminum complectitur *historiam armenam*, hæcque est, quæ latine separatim litteris descripta atque a me adducta est. Ostendit illa GALANVS singularem industriam ac peritiam linguæ armenicæ; simul autem mentem, partium studio corruptam

* hæc epistola locum obtinuit in *antiquitatibus ecclesiæ orientalis, clarissimorum virorum dissertationibus epistolicis enucleatis*, Londini MDCLXXXII. 8. *epistol.* LXVI. p. 326.

corruptam, hocque exiſtimationi operis multum
Ita enim ſcribit, vt facile pateat, illum, adfe
pontificem romanum nimium indulgendo, verita
que leges ſæpe negligere ac de concordia inter
chriſtianosque religionis romanæ ea dicere, quæ
ſunt; vel minus probabilia: *

PAVLLI RICAVTII *hiſtoire de l'etat preſent d*
grecque et de l'egliſe armenienne, de quo libro a
ſerui:

Etat preſent de l'Armenie tant pour le tempo
pour le ſpirituel, Pariſiis MDCXCIV. 12.

DE LA CROIX *etat preſent des nations et egli*
que, armenienne et maronite en Turquie, cuius lib
iam notitiam dedi, quum ſcripta de eccleſia græca
ſcouitica percenſui:

OLAVI CELSII diſſertatio de *hodierno ſtatu ecc*
menorum, Vpſaliæ MDCCXXVI. 8.

MATVRIN. VEYSSIERII LA CROZE *hi*
chriſtianiſme d'Ethiopie et d'Armenie, Hagæ
MDCCXXXIX. 8. ** quæ hiſtoria etiam germanice ſu
beſchreibung der chriſtlichen religion in Aethiopien
menien, Gedan. MDCCXL. 8. in lucem exiit. Con
ſculum hoc quatuor partibus. Earum *prima* auctor
de origine ac progreſſu doctrinæ monophyſitarum:
exhibet narrationem de Aethiopia, quam IO. BER
litteris conſignauit: *tertia* agit de miſſione luſit
Aethiopia atque oſtendit, qualis illius fuerit progr
que interitus: *quarta* tradit hiſtoriam eccleſiaſtica
nicam. In eo maxime ſtudium ſuum collocauit, v
ret, qua ratione monophyſitarum dogma per duc
inter Aethipas atque Armenos ſe diffuderit; nec h

* *acta eruditor.* MDCLXXXVI. p. 336. CLERICI *biblioth*
uerſell, *tom.* 1. p. 351. LILIENTHALII *theolog. bibliothec*,
p. 183 *vnſchuldige nachrichten*, 1719. p. 50. REIMMANN
bibliothec. theolog. p. 814. PFAFFII diſſertatio de a
ceremonialis p. 25.

** *acta eruditor.* MDCCXLI. p. 684. *ſamlung von*
theolog. ſachen, 1743. p. 973.

...que ecclesiae, iusto ordine connexam, scripsit. Me... ...tur etiam AZARIAE FRIDONIS *relatio de statu ec-* ...*Armenia*, ac DOMINICI GRAVINAE liber de ...*religione in Armenia;* nec temporis autem, quo ...haec lucem viderunt; nec de posteriori loci mentio ...in ANTONII MARIAE BONVCCI *historia vitae, mar-* ...*miraculorum sancti Gregorii, archiepiscopi et pri-* ...*Armeniae*, lingua italica Romae MDCCXVII. 4. edita, ...r nonnulla, quae itidem ad historiam ecclesiasticam ... pertinent: **

...III) *Indiae orientalis*:

...TRI MARTYRIS, *Anglerii*, *epistolae duae de* ...*euangelii apud Indos incremento*, quae cum FER-...ANDO CORTESIO de *insulis, nuperrime inuentis*, Colo-...DXXXII. Roterodami MDCXVI. separatim prodierunt. ...*opus epistolarum* eius lucem adspexit primum Com-...MDXXX. fol. deinde cum FERDINANDI DE ... *epistolis* latinis pariter atque hispanicis, ac *tractatu* ...*de viris Castellae illustribus*, cura *Caroli Patini*, Am-...I MDCLXX. fol. ***

...DOVICI DE GVZMANN *historia missionum religio-* ...*suiticarum in Indiam orientalem et regna Chinae et* ... hispanice, Compluti MDCI. duobus tomis fol. et ...fol.

...COLAI PIMENTAE *epistolae II. ad Claudium Aqua-* ...*praefectum generalem, quibus describit visitationem,* ...*ituit in orientali India anno* MDXCIX. *et* MDC. ita-...ae MDCI. et Venetiis MDCII. 8. paullo post ibidem ...is locis latine: *

...TRI IARRICI *thesaurus rerum indicarum, quo or-* ...*progressus et incrementa christianae catholicae religionis* ...*eandem regionum historiae et ea, quae ad eas pertinent,*

 choro-

...ECHARDVM *scriptor. ordin. praedicator.* tom. II. p. 351. ...34.

... *eruditor.* MDCCXIX. p. 237.

...NTONII *bibliothec. hispan. nou.* tom. II. p. 363. et NICERONII ... tom. XXIII. p. 209.

...TONII *biblioth. hispan. nou.* tom. II. p. 123.

chorographice et historice describuntur, gallice MDCVIII. 4. atque e gallico a *Martino Martinez* sus, Coloniae MDCXV. MDCXVI. 8. libris sex ac luminibus:

Histoire orientale des progres de l'eglise catho reduction des anciens chretiens, dits de saint T autres, par les deuoirs de D. Alexis de Meneses, de Goa, Bruxellis MDCIX. 8. qui liber sermone ab ANTONIO GOVEANO scriptus: a *Francisco* hispanicam, et a *Io. Baptista de Glen* in gallica translatus est. Exponitur eo de Alexio Mene opera plus, quam ducenta millia hominum in Indi siam accesserint; multa autem narrantur falsa, nus credibilia:

GERARDI ZOES *relatio de martyribus Indi et occidentalis*, Mechlinii MDCXXII.

GILBERTI GONSALES D'AVILA *theatro de la primitiua iglesia de las Indias orientales, arzobispos, y cosas memorables de sus sedes* MDCXLIX. MDCLV. fol. duobus voluminibus:

MATVRINI VEYSSIERII LA CROZE *christianisme des Indes*, Hagae comit. MDCCXX germanice sub titulo: *abbildung des indianisch staats*, Halae MDCCXXVII. et Lipsiae MDCCXXXVII interpretationem *Georg. Christianus Bohnstedtius* ac notas addidit. ** Ipsum scriptum in septem uisum est. In *primo* eorum habetur historia ne in *secundo* enarrantur mores et consuetudines ch Indorum, vna cum Alexii de Meneses expeditione, ostenditur, eum et vi; et astutia vsum esse ad vete nos, potestati pontificis romani subiiciendos: betur post dissertationem de opinionibus ac riti

* *bibliothequ. germaniqu. tom.* VII. p. 131. CLERICI *bib cienn. et moderne tom.* XXI p. 92. *acta eruditor.* M p. 122. COLERI *auserlesene theolog. biblioth. volu deutsche acta eruditor. volum.* IX. p. 284. *samlu neuen theologischen sachen*, 1725. p. 947.

** COLERI *auserlesene theolog. biblioth. volum.* II. *acta eruditor. volum.* XIX. p. 883.

THEOPHILVS LE BRVN,* IOSEPHVS
SEMANVS,** oblata fuit LA CROZE occasio,
que in lucem proferendi: *additions sur histoire*
sme des Indes, Halæ MDCCXXXVII. 8.*** qui-
efendit, vt quædam emendet variasque adiun-
iones. Memorantur alii historiæ ecclesiasticæ In-
es, præsertim Hispani; quorum opera autem ac
i quum vel non lucem adspexerunt; vel non
dignitatis, ab iis percensendis abstineo, vti et
bus narrationes missionum atque itinerum, ma-
igulares Indiæ huius prouincias, continentur,
sam, quia fortasse infra habebo occasionem, scri-
huius adducendi. Attamen ii addi possunt,
a ad vitam ac res Francisci Xauerii describendas
: HORATIVS TVRSELLINVS in *vita Fran-*
, *qui primus euangelium in Indiam et Iaponiam*
mæ MDXCIV. 8. Coloniæ MDCXXV. 12. Mona-
VII. 8. ac germanice Monachii MDCXV. 4. FRAN-
ARIA in *vita*, *sanctitate*, *canonisatione et mi-*
cisci Xauier, Dillingæ MDCXXII. IO. DE LV-
s exstat: *historia et vita Francisci Xauerii et*
orum religiosorum eiusdem societatis in India
IDC. fol. quam ex lusitanico latine edidit *Ludou.*
Romæ MDCVIII ac hispanice *Alphonsus Sandoual*

Referri et huc a nonnullis solent, qui de necessitate ac ratione, Indos ad religionem christianam adducendi, scripserunt, vti: IOSEPHVS A COSTA libris VI. de *promulgatione euangelii apud barbaros; seu de procuranda Indorum salute*, qui vna cum libris duobus de *natura noui orbis* prodierunt, Salmanticæ MDLXXXIX. 8. ibidem MDXCV. 8. Coloniæ Agrip. MDXCVI. 8. ac Lugduni MDCLXX. * IVSTVS HEVRNIVS, cuius prodiit: *admonitio de legatione euangelica, ad Indos capessenda*, Lugduni Batau. MDCXVIII. 8. IO. HOORNBEEKIVS *libris duobus de conuersione Indorum et gentilium*, Amstelodami MDCLXIX. 4. sed scripta hæc non tam historici; quam dogmatici argumenti sunt hocque nomine locum hunc haud obtinere possunt:

IV. China:

NICOLAI TRIGAVTII libri quinque de *christiana expeditione, ad Sinas suscepta*, ex commentariis Matthæi Riccii, ad Paullum V. pontificem romanum, Augustæ Vind. MDCXV. Lugduni MDCXVI. 4. auctiores Coloniæ MDCXVII. 8. germanice sub titulo: *historia von einführung der christlichen religion in China*, Augustæ Vindelicor. MDCXVII. 4. ac gallice Parisiis MDCXVIII. præter quas interpretationes, hispanicæ mentio fit. Liber hic inter scripta de rebus sinensibus iisque religiosis in singulari honore est, inprimis quum antiquiorem reliquis ætatem præ se habet. Eiusdem auctoris exstant: *litteræ e regno Sinarum*, ad Claudium Aquauiuam anno MDCX. et MDCXI. conscriptæ, Antuerpiæ MDCXV. 8.

IO. ADAMI SCHALL *historica narratio de initio et progressu missionis societatis iesu apud Chinenses ac præsertim in regia pequinensi*, ex litteris eius collecta, Viennæ Austr. MDCLXVI. 8. et iterum sub titulo: *historica relatio de ortu et progressu fidei orthodoxæ; siue pontificiæ potius, in regno chinensi per missionarios societatis iesu ab anno MDLXXXI. vsque ad annum MDCLXIX nouissime collecta ex litteris eorumdem patrum societatis iesu, præcipue Io. Adami Schall*, Ratisbonæ MDCLXXII. 8. vbi multa narrantur, quæ ficta ac fabulosa sunt, præsertim de miraculis iesuitarum:

FR

* CLEMENT *bibliothequ. curieus. historiqu. et critiqu. tom.* I. p. 38.

FR. PALLV *relation abregée des missions et des voyages des eueques francois, enuoyez aux royaumes de la Chine, Cochinchine, Tonchin et Siam*, Parisiis MDCLXVIII. 8.

PROSPERI INTORCETTAE *compendiosa narratione dello stato della missione cinese, cominciando dall' anno* MDLXXXI. *fino al* MDCLXIX. Romae MDCLXXII. 8.* Hicque est auctor, cuius, vti et *Christiani Herdtrich, Francisci Rougemont, Francisci Couplet* studio *Confucius Sinarum philosophus; siue scientia sinensis*, latine exposita est atque in lucem prodiit Parisiis MDCLXXXVII. fol. postquam *Intorcetta* iam antea, quum in China esset, partem libri huius euulgauerat, sub titulo: *Sinarum scientia politica moralis, cum characteribus sinensibus et latinis*, Goae MDCLXVII. fol.

FRANCISCI DE ROVGEMONT *historia Tartarosinica noua*, complectens ab anno christi MDCLX. aulicam bellicamque inter Sinas disciplinam, sacrorum iura et sacrificulorum christianae religionis prospera aduersaque describens, Louanii MDCLXXIII. 8.

PHILIPPI COVPLETII *dissertatio, congregationi de propaganda fide oblata anno* MDCLXXXI. *de statu et qualitate missionis sinicae.* ** Opera eiusdem ex sinica lingua in latinam conuersus atque editus est: *catalogus patrum societatis iesu, qui post obitum sancti Francisci Xauerii ab anno* MDLXXXI. *in imperio Sinarum iesu christi fidem propagarunt, vbi singulorum nomina, ingressus, praedicatio, sepultura, libri, sinice editi, recensentur*, Parisiis MDCLXXXVI. 8. Tribuitur ei quoque, tanquam auctori, liber inscriptus: *histoire d'vne dame chretienne de la Chine*, Parisiis MDCLXXXVIII. 12. atque ita compositus, vt simul de moribus gentis, de firmamento religionis, de institutis missionariorum et de exercitiis pietatis nouitiorum eius regionis christianorum exponatur;

* conf. MONGITORIS *bibliothecam siculam*, tom. II. p. 194.

** edita est ex autographo auctoris in *bibliotheca bremensi class.* V. p. 618. Antea quidem PAPEBROCHIVS eamdem iuris publici fecerat in *paralipomenis ad conatum in catalogum pontificum romanorum*, sub finem *tom.* VII *mensis mai. actor. sanctorum* p. 126. minus tamen adcurate pleneque.

corruptam, hocque existimationi operis mult
Ita enim scribit, vt facile pateat, illum,
pontificem romanum nimium indulgendo,
que leges sæpe negligere ac de concordia in
christianosque religionis romanæ ea dicere, q
sunt; vel minus probabilia: *

PAVLLI RICAVTII *histoire de l'etat pres grecque et de l'eglise armenienne*, de quo lib serui:

Etat present de l'Armenie tant pour le t pour le spirituel, Parisiis MDCXCIV. 12.

DE LA CROIX *etat present des nations et que, armenienne et maronite en Turquie*, cuiu iam notitiam dedi, quum scripta de ecclesia g scouitica percensui:

OLAVI CELSII dissertatio de *bodierno stat menorum*, Vpsaliæ MDCCXXVI. 8.

MATVRIN. VEYSSIERII LA CROZ *christianisme d'Ethiopie et d'Armenie*, Ha MDCCXXXIX. 8. ** quæ historia etiam germanic *beschreibung der christlichen religion in Aethiop menien*, Gedan. MDCCXL. 8. in lucem exiit.
sculum hoc quatuor partibus. Earum *prima*
de origine ac progressu doctrinæ monophysitar
exhibet narrationem de Aethiopia, quam IO.
litteris consignauit: *tertia* agit de missione
Aethiopia atque ostendit, qualis illius fuerit p
que interitus: *quarta* tradit historiam ecclesia
nicam. In eo maxime studium suum collocaui
ret, qua ratione monophysitarum dogma per
inter Aethipas atque Armenos se diffuderit; n

* *acta eruditor.* MDCLXXXVI. p. 336. CLERICI *bi uersell. tom.* I. p. 351. LILIENTHALII *theolog. biblioth* p 183; *vnschuldige nachrichten*, 1719. p. 50. REIMM *bibliothec. theolog.* p. 814. PFAFFII dissertatio de *ab ceremonialis* p. 25.

** *acta eruditor.* MDCCXLI. p. 684. *samlung von al theolog. sachen*, 1743. p. 973.

libertate, religionem christianam in regione illa propagandi, die 22. martii MDCXCII. tandem concessa, litteris denuo descriptum ac luculenta elegantique praefatione ornatum, atque alia opuscula, quae ad historiam sinensem spectant. Inter haec locum habet: CLAVDII PHILIPPI GRIMALDI epistola, ad Leibnitium exarata. Scripta controuersiae, quae inter iesuitas ac dominicanos orta est de cultu apud Chinenses Confucii, maiorum parentumque defunctorum, continent quidem ea, quae certa capita historiae huius ecclesiasticae illustrant, hancque ob caussam huc referenda esse videntur; quum autem argumentum, ibi expositum, maxime polemicum est, ea alio loco * iam percensui. Tacitus igitur ista nunc praetereo:

V. Iaponiae:

ANONYMI *descriptio Iaponiae insulae et rerum a patribus societatis iesu, nuper in ea gestarum*, Coloniae MDLXXXII. 8.

ALOYSII; siue LVDOVICI FROIS *noua relatio historica de statu rei christianae in Iaponia anni* MDXCV. *binis eius epistolis comprehensa*, Moguntiae MDXCVIII. 8. cuius etiam exstant: *litterae annuae iaponenses anni* MDXCI. *et* MDXCII. Coloniae MDXCVI. 8. *historica relatio de rebus iaponicis*, Moguntiae MDXCIX. 8.

NICOLAI TRIGAVTII *rei christianae apud Iaponios commentarius, ex litteris annuis societatis iesu annorum* MDCIX. X. XI. XII. *collectus*, Augustae Vindelicor. MDCXV. 8. quae litterae latine versae sunt ab *Andr. Schotto*: eiusdem: de *christianis apud Iaponios triumphis*; *siue de grauissima ibidem persequutione exorta contra christi fidem ab anno* MDCXII. *vsque ad* MDCXX. libri quinque cum auctario MATTHAEI RADERI ac cum figuris, Monachii MDCXXIII. 4.

FRANCISCI SOLIERII *histoire ecclesiastique des isles et royaumes de Iapon*, ab anno MDXLVIII. ad MDCXXIV. Pariisiis MDCXXVII. 4.

LVDOVICI SOTELI *relatio de ecclesiae iaponicae statu*, ad Vrbanum VIII. pontificem romanum, MDCXXXIV. 4.

BERNARDI VARENII liber de *Iaponensium et Siamensium religione*, qui cum *descriptione Iaponiae et Siam* prodiit Cantabrigiae MDCLXXIII. 8.

* *bibliotheca* huius *tom*. II. p 991. seqq.

CRASSETII *histoire de l' eglise du Iapon*, quæ sub nomine *abbatis de* T. in lucem exiit Parisiis MDCLXXXIX. 4. duobus tomis, * et iterum ibidem MDCCXV. 4. cum adposito CRASSETII nomine; ** anglice autem Londini MDCCVII. 4. Exhibetur SOLIERII historia, paullo ante a me adducta; plane aliam tamen formam illa recepit. CRASSETIVS enim eam non solum in meliorem ordinem redegit ac dictionem illius reddidit elegantiorem; sed etiam post annum MDCXXIV. in quo Solierius desierat, rerum narrationem continuauit. Compositum est scriptum hoc, vti alia generis huius, eo consilio, vt merita iesuitarum maxime aulæ romanæ commendarentur eorumque honor atque existimatio augeretur. Mirum igitur non est, multa tradi, quæ falsa sunt ac fabulosa, peruersamque esse rationem adseclarum Loiolæ, gentes superstitiosas ad sacra christiana adducendi, itidem ex libro hoc perspicere licet:

DE CHARLEVOIX *histoire de l'etablissement, des progres et de la decadence du christianisme dans l' empire du Iapon*, Rothomagi MDCCXV. 8. tribus tomis, *** quo libro præter historiam, sæpe fictam, defensio iesuitarum continetur, auctorque eius sequitur Crassetium, cuius antea mentionem feci. Præter hos, fuerunt alii, qui in enarranda historia ecclesiastica Iaponiæ versati sunt, atque inter hos hispani scriptores, HYACINTHVS ORFANEL, * LVDOVICVS PINNEIRO ** MATTHIAS DE SOSA. ***

Exstant multæ litteræ, a missionariis, inprimis a patribus societatis iesu, ex Iaponia exaratæ varioque sermone editæ,

* *iournal des sauans* MDCLXXXIX. p. 486. *acta eruditor.* MDCXC. p. 173. 239. BASNAGII *histoire des ouurages des sauans* MDCXCI. *septembr.* p. 3.

** BAVMGARTENII *nachrichten von merckwürdigen büchern, volum.* III. p. 126. *memoires de Treuoux* MDCCXVII. *mart.* p. 423. *iournal literaire tom.* VIII. p. 452.

*** *memoires de Treuoux* MDCCXVII. *iul* p. 1152. BAVMGARTENII *nachrichten von merckwürdigen büchern, volum.* III. p. 147.

* ANTONII *biblioth. hispan. nou. tom.* I. p. 466. ECHARDI *scriptor. ordinis prædicator tom.* II. p. 426.

** ANTONII *biblioth. hispan. nou. tom.* II. p. 47.

*** *ibidem.* p. 94.

editæ, ex quibus, vbi illæ cum iudicio legantur, adiumenta fumi poſſunt ad ſtatum religionis chriſtianæ in Iaponia illuſtrandum. Quasdam earum antea commemoraui; nunc autem nonnullas alias adiungere libet. Adſpexerunt lucem: *epiſtolarum* libri quatuor, quæ a iesuitis ab anno MDXLVIII. vsque ad annum MDLXIV. luſitanice ſcriptæ et a *Io. Petro Maffeio* in latinam linguam eleganter conuerſæ ſunt, Dillingæ MDLXXI. 8. * *lettres du Iapon des peres ieſuites*, ab anno MDLXXXV. ad annum MDLXXXVII. Pariſiis MDLXXXIX. 8. *epiſtolæ duæ de rebus, in Iaponiæ regno geſtis*, annorum MDXCIX. et MDCI. Moguntiæ MDCIII. 8. *iaponicæ litteræ* anni MDCI. Moguntiæ MDCIV. 8. IO. HAYI *ſylloge epiſtolarum* de rebus iaponicis, indicis et peruuianis, ab anno MDLXXVII. ad MDCI. Antuerpiæ MDCV. 8. IO. RODRIGO GIRONII *litteræ iaponicæ*, ab anno MDCIII. Bononiæ MDCIX. Romæ MDCX. MDCXV. 8. HERMANNI HVGONIS *epiſtolæ iaponicæ Ioannis Rodriguez et chinenſes Matthæi Riccii*, annorum MDCVII. MDCVIII. Antuerpiæ MDCXI. 8. ADRIANI CRVCII *litteræ de rebus, a ſocietate in Iaponia geſtis*, ab anno MDCXIX. ad MDCXXII. italice Neapoli MDCXXI. 8. gallice ſtudio *Petri Morini*, Pariſiis MDCXXV. 8. IACOBI SVSII *litteræ iaponicæ et e regno cochinchinenſi*, ab anno MDCXXV. ad MDCXXVII. Louanii MDCXXXII. atque aliæ, quas dimitto, ne in percenſendis illis iuſto longior ſim **. Fuerunt quoque, qui miſſionariorum ac chriſtianorum diras vexationes in Iaponia ſingulari opera enarrarent ac memoriam martyrum poſteris proderent. Exierunt in lucem narrationes: ANTONII VASCONZELOS de *perſequutione chriſtianorum et tormentis, quibus adſecti ſunt in*

IO. SCHOPFII *academia iesu christi*, *hoc est*, *breuis descriptio christi. sanctorum apostolorum*, *celebriorum patrum ac doctorum ecclesiae*, *vsque ad Lutherum inclusiue*, Tubingae MDXCIII. 4. iterum auctior cura *Io. Himmelii*, Spirae MDCXVI. ac germanice, interprete *Georgio Draudio*, Francofurti MDCXXV. 8. qui liber mediocrem vtilitatem promittit; nec magnam prae se habet existimationem:

AVBERTI MIRAEI *bibliotheca ecclesiastica*, cuius priorem tantum partem quum antea recensui, vt integrum opus nunc memorem, scriptionis huius ratio postulat. Primum MIRAEVS eam *bibliothecae ecclesiasticae* partem euulgauit, quae Hieronymi, Gennadii, Isidori, Ildefonsi, Honorii, Sigeberti gemblacensis et Henrici gandauensis libellos de scriptoribus ecclesiasticis, vna cum notis complectitur, atque *auctarium* adiunxit de *scriptoribus ecclesiasticis*, quorum opera vel integra; vel ex parte apud veteres illos auctores desiderantur. Volumen hoc lucem adspexit Antuerpiae MDCXXXIX. fol. Id est, quod iam enarraui. MIRAEVS deinde conscripsit librum de *scriptoribus ecclesiasticis*, qui ab anno christiano MCCCCXCIV. quo Trithemius desinit, vsque ad annum MDCXLI. vixerunt, isque veluti pars secunda *bibliothecae ecclesiasticae*, Antuerpiae MDCXLIX. fol. prodiit; postea autem in IO. ALBERTI FABRICII *bibliothecam ecclesiasticam* translatus est. Opere hoc vtilis notitia eruditissimorum virorum continetur; non solum autem omissi sunt multi illustres scriptores rerum sacrarum, maxime ac data opera illi, quos haereticos esse, auctor peruerse opinatus est; sed etiam in Lutherum, centuriatores magdeburgenses atque alios, a placitis romanae ecclesiae dissidentes, maledicta ac conuicia collata fuerunt, christiano immo sano et honesto homine minus digna.* Adcusatus est Miraeus plagii; ** alii autem eum si non defendunt attamen excusant: ***

* praeter alios, recte hoc reprehendit FABRICIVS *praefatione bibliothecae ecclesiasticae*.

** inprimis a LABBEO *dissertatione de scriptoribus ecclesiasticis* eiusque variis locis, qui criminatur, Miraeum descripsisse Bellarminum, Vossium, Raynaudum, Sirmondum.

*** vide THOMASII *dissertationem de plagio litterario* p. 228. BOS *introductionem in notitiam scriptorum ecclesiasticorum* p. 88.

IO. GERHARDI *patrologia; siue de primitiuae ecclesiae christianae doctorum vita ac lucubrationibus opusculum posthumum. Accesserunt de scholasticis ac historiae ecclesiasticae scriptoribus, tum aliis quoque recentioribus nonnullis iudicia varia.* Exiit liber hic in lucem post auctoris mortem, cura *Io. Ernesti Gerhardi*, filii, Ienae MDCLIII. 8. hancque primam editionem aliae sequutae sunt atque inter illas tertia, Ienae MDCLXXIII. 8. Collegit opus hoc Gerhardus ex Bellarmino atque aliis, non ea mente, vt id publici iuris fieret; sed vt ipse tantum labore hoc vteretur. Id quod si censores eius, praesertim Philippus Labbeus, reputassent seque viros bonos atque aequitatis studiosos praebere voluissent, nullum est dubium, quin ab acerbiore reprehensione libidineque criminandi abstinuissent: *

IO. CHRISTOPHORI MEELFVHRERI *corona centum patrum et doctorum ecclesiae, ostendens eorum natales, educationem, res gestas, scripta, tum genuina; tum suppositiia, naeuos et errores*, Giessae MDCLXX. 4. Ex quingentis scriptoribus, a Bellarmino memoratis, selegit tantum centum, eosque, vti dicit, ** primarios, qui nucleus antiquitatis ecclesiasticae merito adpellari queant, ac quosdam, a Bellarmino omissos, addidit. In recensendis eorum naeuis atque erroribus se vestigia *centuriatorum magdeburgensium* legisse, profitetur; nec praetermisisse, si qua etiam falsa, chronologica et historica, deprehenderit. Initium facit ab Herma ac desinit in Bernhardo. In non magno honore liber hic est:

IO. GOTTFRIDI OLEARII *abacus patrologicus; siue primitiuae et succedaneae vsque ad augustae reformationis, a theandro Luthero peractae, periodum, ecclesiae christianae patrum atque doctorum maioris minorisue auctoritatis, historicorum, item et scholasticorum eorumque aetatis, patriae, sortis, ceter. vt et quae exstant, scriptorum alphabetica enumeratio*, Ienae MDCLXXIII. 8. Opusculum hoc, ordine literarum

BOSII *introductio in notitiam scriptorum ecclesiasticor.* p. 89. FISCHERI *vita Gerhardi* p. 471. BVDDEI *praefatio ad* OLEARII *bibliothec. scriptor. ecclesiasticor.*

* *praefatione.*

terarum dispositum, a studiosis historiae huius, tanquam index, ad id adhibendum est, vt ex eo commode cognoscant, quales scriptores ecclesiastici XVI. seculorum exstiterint: quales ingenii fetus illi excluserint. Quum necesse esse videretur, librum hunc denuo formis describere, magnaque accessio eius fieri posset, nouae editionis huius locupletioris curam suscepit auctoris filius, *Io. Gottlieb. Olearius*, eaque sub titulo: *bibliotheca scriptorum ecclesiasticorum* prodiit Ienae MDCCXI. 4. cum praefatione *Io. Francisci Buddei*, qua praecipue vita auctoris narratur: *

GVILIELMI CAVEI scripta, magna cum diligentia atque eruditione composita omnique laude, qua ornantur, digna. Spectant huc: I.) *tabulae, quibus doctores et scriptores ecclesiastici eorumque patria, ordo, aetas et obitus in synopsi exhibentur*, a nato christon primoque anno epochae christianorum ad annum MDXIX. Londini MDCLXXIV. fol. et Hamburgi MDCLXXVI. fol. cura *Rud. Capelli*: II.) *chartophylax ecclesiasticus, quo prope* MD *scriptores ecclesiastici, tam minores; quam maiores: tum catholici; tum haeretici eorumque patria, ordo, secta, munera, aetas, interitus, editiones operum praestantiores, opuscula, quin et ipsa fragmenta breuiter indicantur: scriptores dubii a certis: suppostitii a genuinis: non exstantes a superstitibus distinguuntur, a christo nato vsque ad annum* MDXVII. *Accedunt scriptores gentiles, christianae religionis oppugnatores, et breuis cuiusuis seculi conspectus*, Londini MDCLXXXV. 8. ** Notitia scriptorum, quae ex libro hoc haurienda est, vt fieret locupletior, PAVLLVS COLOMESIVS edidit: *ad Guilielmi Caue chartophylacem ecclesiasticum paralipomena*, Londini MDCLXXXVI. 8. *** quae iterum prodierunt non solum eodem loco MDCLXXXVII. 8. sed etiam vna cum ipso *chartophylace* Lipsiae MDCLXXXVII. 8. III.) *historia litteraria scriptorum*

* *acta erudit.* MDCCXI. p. 419. *neue bücherische bibliothec*, *volum.* I. p. 832. *vnschuldige nachrichten*, 1711. p. 218. *memoires de Trevoux* MDCCXII. *octobr.* p. 1823. adde *vnparthey. schen bibliothecarium* p. 579.

** *acta erudit.* MDCLXXXVI. p. 177. BAELII *nouuelles de la republique des lettres* MDCLXXXVI. *ianuar.* p. 104.

*** *acta erudit.* MDCLXXXVI. p. 551.

t *ecclesiasticorum*, quod egregium opus talem faciem
mque, qualem id nunc præ se habet, progressu tem-
accepit. CAVEVS ipse scripsit atque in lucem emisit:
orum *ecclesiasticorum historiam litterariam*, *a christo*
vsque ad seculum XIV. rogatus ab amicis, vt quæ
in *tabulis*, tum *chartophylace* breuiter tradidisset, ea
vberius enarraret. Prior pars historiæ huius prodiit
ini MDCLXXXVIII. fol. * eius autem *adpendix*, quam
RICVS WHARTONVS composuit eaque de scriptori-
cclesiasticis ab anno MCCC. ad annum MDXVII. disse-
itidem Londini MDCLXXXIX. fol. Prior hæc pars cum
ndice denuo litteris descripta fuit Geneuæ MDCXCIII.
ac sequuta est illam pars posterior, Londini MDCXCVIII.
** qua plures, quam DC. scriptores noui anteaque præ-
ssi, editi, manuscripti, deperditi recensentur:
ibus multa adduntur: breuiter; aut obscure dicta
cantur recteque tradita vindicantur. Ad finem cu-
ie seculi accessit conciliorum omnium, et genera-
et particularium, notitia historica ac RO-
TI GERII *adpendix* ad posteriorem hanc partem, qua
tores ecclesiastici et concilia seculorum XIV. et XV. enar-
ur. Adiunctæ præterea sunt CAVEI tres dissertationes:
a de *scriptoribus ecclesiasticis incertæ ætatis*: secunda
bris et officiis ecclesiasticis Græcorum ac tertia de *Eusebii*
riensis arianismo, aduersus Io. Clericum. Postquam
hæc posterior in Anglia lucem adspexerat, illa itidem
euæ litterarum formis impressa est, non solum separa-
MDCXCIX. fol. *** sed etiam coniunctim cum parte prio-
IDCCV. fol. * ac MDCCXX. fol. ** Quemadmodum
or librum hunc, quum viueret, accessionibus locuple-
rat; ita post mortem eius noua editio totius operis ador-
atque additamentis, quæ manuscripta reliquerat, in-

 structa

* *erudítor*. MDCXC. p. 75. TENTZELII *monatliche vnterredun-*
, 1690. p. 948.
BERNARDI *nouuelles de la republique des lettres* MDCXCIX. mai.
183. *acta eruditor*. MDCXCIX. p. 153.
NEOCORI *bibliotheca librorum nouorum tom*. IV. p. 352.
urnal des sauans MDCCV. *aug*. p. 1017.
mlung von alten vnd neuen theolog. sachen, 1721. p. 1119.

ſtructa fuit. Primum illius volumen in conſpectum publicum venit Oxonii MDCCXL. ſecundum ibidem MDCCXLIII. fol. Vtrumque poſtea denuo deſcriptum eſt, Baſileæ MDCCXLI. et MDCCXLV. fol. * Liber hic omnibus, qui ſtudia ſua hiſtoriæ eccleſiaſticæ addicunt, propter vtilitatem, ab eo exſpectandam, merito commendatur. Non penitus tamen omnibus ille ſatis fecit. THOMAS ITTIGIVS ** notauit quosdam errores, quorum nonnullos CAVEVS poſtea emendauit. RICHARDVS SIMON *** id præcipue reprehendendum ſibi ſumit, quod Caueus ſcripſerat, editiones ſanctorum patrum, quo ſint vetuſtiores, eo plurimum eſſe fideliores, quæ adcuſatio ſane parui eſt momenti. Inprimis IO. CLERICVS in certamen contra eum venit. Quum enim Caueus de Euſebio cæſarienſi iudicaſſet, eum non expreſſe ac directo falſum Arii dogma adprobaſſe, ac CLERICVS ſententiam hanc confutaſſet, * CAVEVS cauſſam ſuam egit in diſſertatione, cuius paullo ante mentionem feci, de *Euſebii cæſarienſis arianiſmo.* Sed non tacuit CLERICVS quæue contra eum dicta fuerant, repellere adniſus eſt, ac vti iam antea; ita et nunc Caueo obiecit, illum non tam hiſtoricum; quam laudatorem patrum ordinis ſacri eſſe. ** Aegre id tulit CAVEVS vtque ſe defenderet, in lucem emiſit: *epiſtolam apologeticam aduerſus iniquas Io. Clerici criminationes in epiſtolis criticis et eccleſiaſticis, nuper editis*, Londini MDCC. 8. *** Eiusdem *antiquitates apoſtolorum* ac *patrum* poſtea commemorabo, quum ſcriptores ſpeciales de vtrisque illis a me percenſendi ſunt:

LV-

* *bibliotbequ. raiſonnée tom.* XXXIV. p. 315. *nacbricbten von den neueſten theologiſchen büchern, volum.* II. p. 21.
** *ſchediaſmat. de auctoribus, qui de ſcriptoribus eccleſiaſticis egerunt* p. 17. ſeq.
*** *bibliothèque critique tom.* I. *cap.* 17. p. 255.

* *bibliothequ. vniuerſell. tom.* X. 474.
** in *epiſtolis criticis et eccleſiaſticis*, quæ eius *criticæ* volumen tertium conſtituunt, ab earum *prima* vsque ad *ſeptimam.*
*** *acta erudítor.* MDCCI. p. 71. Memoratis auctoribus, qui CAVEI opus *hiſtoriæ litterariæ* recenſuerunt, addatur FABRICIVS *hiſtor. bibliothecæ, part.* III. p. 178.

LVDOVICI ELLIES DV PIN *nouuelle bibliotheque des auteurs ecclesiastiques, contenant l'histoire de leur vie, le catalogue, la critique, et la chronologie de leurs ouurages, le sommaire de ce, qu'ils contiennent: vn iugement sur leur style et sur leur doctrine et le denombrement des differentes editions de leurs œuures.* Opus hoc primam lucem vidit Parisiis ab anno MDCLXXXVI. vsque ad annum MDCCXI. Editionis huius sunt XLVII. volumina 8. titulis inter se diuersa. Alia illorum, priora maxime, inscriptionem præ se habent: *bibliotheque des auteurs ecclesiastiques:* alia *histoire des controuerses et des matieres ecclesiastiques:* alia quoque: *histoire de l'eglise et des auteurs ecclesiastiques.* Quædam volumina non semel; sed iterum iterumque prodierunt, emendata atque accessionibus locupletata. * Postquam *bibliotheca* hæc Parisiis in lucem exire cœperat, noua illius editio in Belgio, nominatim Amstelodami, adornata fuit, quæ XIX. tomis constat ac formam quarti ordinis habet. Illi omnes quidem Amstelodami euulgati sunt; in titulis autem varia loca indicantur exstantque quorumdam tomorum editiones, denuo factæ. Prodiit tomus I. Parisiis, vt titulus præfert, MDCXC. et MDCXCIII. tomus II. Parisiis MDCXC. MDCXCIII. tomus III. Parisiis MDCXC. MDCXCIII. tomus IV. Mont. MDCXCI. tomus V. Mont. MDCXCI. tomus VI. Mont. MDCXCII. tomus VII. Parisiis MDCXCVI. tomus VIII. Parisiis MDCXCVII. tomus IX. Parisiis MDCXCVII. tomus X. Parisiis MDCC. tomus XI. Parisiis MDCCXI. tomus XII. Parisiis MDCC. tomus XIII. Parisiis MDCCIII. tomus XIV. Parisiis MDCCIII. tomus XV. Amstelodami MDCCX. tomus XVI. Amstelodami MDCCX. tomus XVII. Amstelodami MDCCXI tomus XVIII. Amstelodami MDCCXI. tomus XIX. Amstelodami MDCCXV. ** Ab aliis editio parisiensis;

ab

* quo tempore quisque tomus editionis huius prodierit, diligenter ostendit NICERONIVS *memoires tom.* II. p. 31. seqq.

** *acta eruditor.* MDCXCVI. p. 31. MDCXCVIII. p. 160. 232. 511. MDCC. p. 32 56. 97. *supplement. tom.* II. p. 415. 424. 474. MDCCIII. p. 202. 253. MDCCXI. p. 125. *supplement. tom.* IV. p. 451. MDCCXV. p. 149. MDCCXIX. p. 388. MDCCXX. p. 535. *supplement. tom.* VII. p. 79. 100. *memoires de Treuoux* MDCCIX. *iul.* p. 1205. MDCCXII. *decembr.*

ab aliis amſtelodamenſis alteri præfertur, id quod
adcurate definire, vix liceat; de hac tamen prom
eſt, eam non ſolum per formam ordinis com
vſum adhibendam eſſe; ſed etiam in quibusdam to
datam atque auctam fuiſſe. Tres priores tomi, in
latinam conuerſi, Coloniæ Agrippinæ MDCXCII. in
4. lucem viderunt. * Referunt quoque nonnulli
nium conſtituiſſe, totam *bibliothecam* ſuam latina
duere ac reddere locupletiorem; quod tamen mo
ditus, præſtare haud potuerit. Dicitur præterea,
bibliothecam anglice prodiiſſe, quod pro certo
nequeo, quum interpretationem hanc videndi,
fuit facultas. Recenſet Dupinius in opere hoc
ptores eccleſiaſticos, a prima ciuitatis chriſtianæ
ſua vsque tempora: enarrat eorum vitam, res
ſcripta horumque non tam editiones; quam
exhibet. Oſtendit bonam mentem ſtudiumque
ac quamuis eum fuiſſe, conſtet, ſocium eccleſiæ
vtitur tamen iuſta libertate, iudicandi hanc
iungit cum moderatione. Mirum igitur non
hoc magnam laudem exiſtimationemque hab
eos præſertim, qui harum rerum periti atque
uis animi adfectibus alieni ſunt. Sed tamen
fuerunt, qui Dupinium adgrederentur ac multo
rum inſimularent. In horum numero ſunt: I)
DVS SIMON, cuius ſententiam, in diuinam ſcri
ctoritatem iniurioſam, de ſcribis publicis in ge
deque ex illorum actis tabuliſque Moſis, Ioſuæ

decembr. p 2128. 2135. MDCCXXXVII. *ianuar.* p. 83.
ſuuans MDCCIII. *mart.* p. 291. MDCCVIII. *octobr.* p. 13
auguſt. p. 186. MDCCXII. *ianuar.* p. 20. BERNARDI
r. publiqu. des lettres MDCXCIX. *iun.* p. 603. *auguſt.*
tembr. p. 293. MDCCIII. *auguſt* p. 171. *ſeptembr.* p. 3
nouembr. p. 496. *decembr.* p. 627. CLERICI *biblio*
tom. XXII. p. 448 *bibliothequ. ancienn. et modern. tom.*
NEOCORI *bibliotheca librorum nouorum tom.* I. p 30. 57.
rair. tom. VI. p. 253. *unſchuldige nachrichten,* 1703. p. 139
p. 275. BAVMGARTENII *nachrichten von merckwürd*
volum. VIII. p. 362.

* *acta erudit.* MDCXCIII. p. 77. 458. 489.

codicis sacri libris compositis, quum Dupinius in *dissertation preliminaire sur les auteurs des liures de la bible*, * impugnasset, SIMON acerbe in eum inuectus est libro de *l'inspiration des liures sacres*, Roterodami MDCLXXXVII. 4. et in *dissertation critique sur la nouuelle bibliotheque des auteurs ecclesiastiques*, sub nomine *Io. Reuchlini*, Francofurti MDCLXXXVIII. 12. ac postquam DVPINIVS defenderat se in *prolegomenes sur la bible*, perstrinxit eum, tamquam hominem, qui neque linguarum, græcæ et ebrææ; neque artis criticæ sacræ peritus sit, in *lettres choisies*. Immo singulare ac satis copiosum opus contra Dupinium composuit, quumque ipse illud haud iuris publici facere potuisset, post mortem eius pariter ac Dupinii in conspectum id venit orbis eruditi, hoc titulo: *critique de la bibliotheque des auteurs ecclesiastiques et des prolegomenes de la bible, publiez par mr. Ellies du Pin, auec des eclaircissemens et des supplemens aux endroits, ou on les a iuge necessaires, auec des remarques*, Parisiis MDCCXXX. 8. quatuor tomis. ** Duo eorum priores DVPINII *bibliothecæ*; duo autem posteriores eiusdem *prolegomenis biblicis* oppositi sunt. Pugnat in illis Simon contra aduersarium suum acerbe, aspere, sine modestia ac humanitate, quæ virum doctum: omnem hominem christianum ac sanum decet, nimioque animi adfectu incitatus, sæpe in sententiis præcipitem se atque inconsideratum monstrat: II.) MATTHAEVS PETITDIDIER, cui displicuit, quod Dupinius candide professus fuerat, libros apocryphos veteris testamenti, vt *Iudith*, *sapientiæ* atque alios, a patribus trium primorum seculorum, quorum scripta supersint quiue ex instituto de canone scripturæ agant

* dissertatio hæc primum præmissa est *tomo* I. *bibliothecæ*: deinde postquam DVPINIVS argumentum illius vberius explanauerat, separatim prodiit, sub titulo: *discours preliminaire sur l'ancien et le nouueau testament*, Parisiis MDCXCIX. 8. tribus voluminibus, atque inscripta: *dissertation preliminaire, ou prolegomenes sur la bible*, Amstelodami MDCCI. 4.

** *memoires de Treuoux* MDCCXXXI. *mart.* p. 551. *iournal des sauans* MDCCXXX. *septembr.* p. 15. COLERI *auserlesene theologische bibliothec*, *vol.* V. p. I. BAVMGARTENII *nachrichten von merckwürdigen büchern*, *volum.* VIII. p. 371.

agant, pro canonicis non fuiſſe habitos: de purgatori haud quidquam apud eosdem inueniri; nec de peccato ori ginis eiusque culpa, quæ traditioni diſtinctæ ſufficiant, at que alia generis huius. Quum hæc ſine cenſura minus dim tenda eſſe, PETITDIDIER exiſtimaret, edidit ille: *remarqu ſur la bibliotheque des auteurs eccleſiaſtiques de monſieur du Pi* quod opus tribus tomis conſtat. Primus, DVPINI *bibliothecæ* primæ parti oppoſitus, lucem vidit MDCXCI. 8. quumque DVPINIVS aduerſario huic reſiſteret ac cauſſam ſuam tueretur in *reponſe aux remarques ſur la bibliotheque des auteurs eccleſiaſtiques*, * additus eſt non ſolum tomus ſecundus, Pariſiis MDCXCII. 8. ſed etiam tertius, ibidem MDCXCVI. 8. ** III.) IACOBVS BENIGNVS BOSSVETVS, a Dupinio, vt creditum eſt, offenſus *libro pſalmorum cum notis, quibus eorum ſenſus litteralis exponitur*, Pariſiis MDCXCI. 8. eodem tempore edito, quo BOSSVETVS eundem *librum pſalterii* cum notis luci publicæ expoſuerat. Factæ ſunt multæ grauiſſimæque adcuſationes contra Dupinium eiusque bibliothecam: hauſiſſe illum ex proteſtantium ſcriptis non pauca, quæ dogmatibus atque inſtitutis eccleſiæ romanæ aduerſentur: tuliſſe ſententiam mitiorem de Neſtorii praua doctrina: ſcripſiſſe de imaginum cultu, tanquam re, in cuiusque voluntate libera poſita: ſumſiſſe notas in pſalmos ex Grotio ac teſtatum eſſe, ſe Socino atque erroribus eius fauere. Ita vehementer adcuſatus, voluit quidem cauſſam ſuam agere prodiitque: *la iuſte deſenſe du ſieur du Pin, pour ſeruir de reponſe a vn libelle anonyme publie depuis peu contre les pſaumes, qu'il a donnes au public* Coloniæ MDCXCIII. 12. minus autem valuit ad defendendum ſe ab aduerſario, cuius magna erat auctoritas, potentiaque. Res tandem ad id adducta eſt, vt Dupinio neceſſitas imponeretur, retractationem edendi multa *bibliothecæ* ſuæ loca mutandi; aut ad mentem cenſorum explicandi; quod eum tamen inuitum coactumque feciſſe, fatendum

* reſponſio hæc adiuncta eſt *bibliothecæ* eius *tom.* VI.

** BAVMGARTENII *nachricht. von merckwürdigen büchern*, VIII. p. 369.

est. Publicata quoque fuit archiepiscopi parisiensis, Francisci du Harlay, censura eaque *bibliotheca* hæc, tamquam liber multis erroribus inquinatus ac periculosus, proscripta est. * Omnia hæc hostium consilia, decreta actaque tantum abfuit, vt Dupinii ac *bibliotheca* eius existimationem imminuerent; vt augerent illam ac quamuis opus hoc næuis haud careat; attamen omnes, a partium studio alieni, auctoris animum candidum maxime laudarent ac testarentur, eum cunctos, qui inter pontificios de scriptoribus ecclesiasticis antea commentati sint, amplitudine argumenti, industria, eruditione, iudicio ac modestia longe superasse. ** Antequam narrationis *bibliotheca* huius finem facio, merito et commemoro, CLAVDIVM PETRVM GOVIETVM edidisse: *bibliotheque des auteurs ecclesiastiques du dix-huitiéme siecle, pour seruir de continuation a celle de mr. Dupin*, Parisiis MDCCXXXVI. 8. tribus tomis *** ac DVPINIVM *bibliotheque des auteurs, separez de la communion de l'eglise romaine du* XVI. *et du* XVII. *siecle*, Parisiis MDCCXVIII. et MDCCXIX. 8. duobus tómis: *

I. G. id est, IO. GRANCOLAS, *critique abregée des ouurages des auteurs ecclesiastiques*, Parisiis MDCCXVI. 12. duobus tomis. ** Constituit auctor, discernere, quæ sint cuiusuis auctoris ecclesiastici scripta germana: quæ illius adulterina; minus autem propositum suum per totum librum persequitur. Delatus enim ad tempora recentiora, exhibet tantum catalogum scriptorum ecclesiasticorum

* archiepiscopi parisiensis decretum, vna cum retractationis, a Dupinio factæ, formula, inueniendum est in PFAFFII *introductione in historiam theologiæ litterariam part.* III. p. 259. seqq.

** de controuersia hac legenda sunt, quæ de illa litteris mandarunt: BASNAGIVS in *histoire des ouurages des sauans*, MDCXCII. et MDCXCIII. ac FRICKIVS *præfatione*, interpretationi latinæ DVPINII *methodi studii theolog.* præmissa.

*** *iournal des sauans* MDCCXXXVI. *septembr.* p. 126. MDCCXXXVII. *septembr.* p. 3.

* *memoires de Treuoux* MDCCXX. *febr.* p. 283. *mart.* p. 490. BAVMGARTENII *nachrichten von merckwürdigen büchern volum.* VIII. p. 366.

** *acta eruditor.* MDCCXVII. p. 255.

corum ad nostram vsque ætatem, nec diligenter; curate compositum. Sunt in illo varii errores Nomen *auctorum ecclesiasticorum* sumitur ab eo lati ficandi vi et illos quoque comprehendit, quorum m ta, diuinitus litteris consignata, in codice sacro h

CASIMIRI OVDINI *commentarius de scrip clesiæ antiquis illorumque scriptis, tam impressis; nuscriptis, adhuc exstantibus in celebrioribus Eur thecis, a Bellarmino, Possevino, Philippo Labbeo, G Ludouico Ell. du Pin. et aliis omissis, ad annum vel ad artem typographicam inuentam, cum tationibus, in quibus insigniorum ecclesiæ auctoru atque alia argumenta notabiliora adcurate et proli nantur*, Lipsiæ MDCCXXII. fol. tribus voluminibus opus hoc conscribendum Oudinus eo animo *supplementum* suum *de scriptoribus; vel scriptis a Bellarmino omissis*, quod antea recensui, que augeret. Minus benigne nonnulli de illo immo acerbiorem censuram aduersus illud adhi ipso Oudino, vt videntur, incitati, quum is a semper mentionem honorificam fecerit. Qui studio alieni sunt, ii non diffitentur, in com errores ac næuos esse; adfirmant tamen et me rem singularem laudabilemque diligentiam o multa adnotasse, quæ memoria ac lectione dig que ad notitiam scriptorum ecclesiasticorum vbe ciant. Enumeratis iam scriptis, quibus de aucto clesiasticis expositum est, adiungi possunt quædam dem generis atque argumenti, vti sunt: HENRICI *nomenclator præcipuorum inde a nato christo ecclesiæ scriptorum, professorum cet. Accesserunt series r pontificum et imperatorum, et catalogus præcip liorum et synodorum*, Hanou. MDCXIX. 12. IO. STOPHORI HAHNII libellus, qui inscribitur:

* *iournal des sauans* MDCCXXIII. *mai*. p. 468. CLERIC *thequ. ancienne et moderne tom.* XIX. p. 353. *deutsche acta rum volum.* VII. p. 455. *sammlung von alten und sachen*, 1722. p. 593.

caeli sionaei sidera, *hoc est*, *praecipui primitiuae ecclesiae noui testamenti per aliquot secula patres et doctores*, Lipsiae MDCLXVIII. 12. quo auctor incipit a Dionysio *areopagita* ac desinit in Bernhardo; non autem plures, quam XLV. maxime ex Bellarmino, sine diligentia atque adcuratione, recenset: LAVRENT. OTTONIS LASII *kirchen - vnd kirchen - scribenten historie neuen testaments*, Lubbenae MDCCXXVIII. 4. Bene quoque sibi consulunt, qui auctorum ecclesiasticorum notitiam acquirere; aut augere volunt, quando IO. ALBERTI FABRICII vtramque *bibliothecam*, et *graecam*; et *latinam* antiquae, mediae et infimae aetatis diligenter euoluunt, quum in illis scriptorum ecclesiasticorum, graecorum pariter ac latinorum, vita atque ingenii monimenta horumque editiones atque alia memorabilia studiose et adcurate commemorantur. Eos, quorum scripta praecipue ad patres ecclesiae, stricte sic dictos, spectant, iam praetermitto, quoniam animus mihi est, illos postea recensere et ad singularem huiusmodi auctorum ordinem referre. Attamen non possum, quin et loco hoc eorum mentionem faciam, qui libros de scriptoribus ecclesiasticis enarrarunt. Sunt illi: IO. ANDREAS BOSIVS in *introductione in notitiam scriptorum ecclesiasticorum*, et THOMAS ITTIGIVS in *schediasmate de auctoribus*, *qui de scriptoribus ecclesiasticis egerunt*, quod vtrumque opusculum supra percensui.

§. II.

Auctores, iam enumerati, de doctoribus ac scriptoribus ecclesiae noui testamenti generatim commentati sunt; praeter hos autem, multi exstiterunt, qui idem argumentum speciatim persequerentur ac certos eiusmodi doctores, eosque vel antiquae; vel mediae; vel recentioris aetatis, enarrarent. Inter antiquiores locum habent: Ioannes baptista, christus, seruator noster, apostoli, euangelistae, patres, vti vocantur, ecclesiae, e quibus singulis singularia exstant ingenii monimenta. In his recensendis quum nunc opera mea collocanda est, ordinis ratio postulat, vt de iis primum dis-

mam auctoritatem ac fidem præ se h
monimentis his res christi breuiter t
exstiterunt eruditi viri, qui illas vber
que illustrarent. Quæ de argumen
scriptorum magnus numerus est ea
alia vitam seruatoris nostri generatin
singulares illius partes complectanti
sunt, quorum tabula nunc sequitur

GEORGII FABRICII *historiæ iesu
ti in terra matre, sanctissima semper
matim relata expositio itemque eorum,
christi singulatim commemorari posse, reci*
Prima editio, quæ rarior est, sine locc
ex dedicatione autem, Lipsiæ MDLXVI.
sit non contemnenda, historiam hanc
prodiisse. Lucem vidit illa iterum Lip
que accessit: MARTINI GASSARI
de christi iesu ad mortem pro genere hu
ratur, Lipsiæ MDLXIII. recitata. Libe
dem adcuratam et pleniorem historiam
multa tamen, quæ vtilia sunt, contine
dum animum comparatus est: *

tiorem; item MDCCXLI. 12. tribus voluminibus.
int adnotationes ad varia capita ipsius historiæ
. Inseruit liber hic cum litterarum; tum virtu-
ianarum studiosis hancque ob caussam non me-
xistimationem sibi conciliauit: *
*ia christi, persice conscripta simulque multis modis
ta* a HIERONYMO XAVIER, *latine reddita et
sionibus notata a Ludouico de Dieu*, Lugduni
DCXXXIX. 4. Historiam hanc Xauierus, ab im-
ersiæ Acabar iussus, lingua, vt videtur, lusitani-
cipali totius regni vrbe Agra composuit ac ma-
s Abdel Senarin Kasen, ex Lahore oriundus, in
ranstulit. Interpretationem hanc descriptam post-
Dieu a Iacobo Golio acceperat, statim decreuit,
e ac cum animaduersionibus iuris publici facere, vt
alis doctrinæ christianæ propagatio fieret ab illis, qui
romano ad gentes profanas euangelii adnuntian-
nitterentur. Plenus enim est liber hic fabularum
quæ commentitiæ sunt ac fictæ. Constat is qua-
bus harumque *prima* exponitur de christo infante:
eius miraculis ac doctrina: *tertia* de cruciati-
rte: *quarta* de reditu illius ad pristinam vitam
ensu in cælum: **
EORGII DORSCHEI *admirandorum iesu christi
, in quo eius natiuitatis, passionis, mortis, regni
sertationibus academicis Argentorati more solemni
ta*, Argentorati MDCLXXXVII. 12. quo libro non
quidem vita christi, iusto ordine connexa plene-
ita; explanantur tamen varia illius capita, quæ
æ de christo lucem adferunt: ***

---

le Treuoux MDCCXLI. *febr.* p. 368.
n von einer höllischen bibliothec, volum. V. p. 474. NICE-
moires tom. XV. p. 92. In *indice librorum prohibitorum*
VII. p. 61. impudenter ac peruerse scriptum est: *histo-
persice conscripta ab Hieronymo Xauier, quam latine red-
gnis animaduersionibus prauaque doctrina contaminauit Lu-
Dieu.*
ICHTII *præfationem*, DORSCHEI *commentario in quatuor*
præmissam.

§. III.

Inter doctores ecclesiæ christianæ *iesus christus* principatum tenet, tamquam caput illius atque auctor. Quæ ad vitam eius resque, in his terris gestas, pertinent, illa maxime ex codice sacro, speciatim ex commentariis euangelistarum haurire debemus, ac quemadmodum hæc diuinitus litteris consignata fuerunt; ita summam auctoritatem ac fidem præ se habent. Quum in monimentis his res christi breuiter traditæ sunt, multi exstiterunt eruditi viri, qui illas vberius enarrarent, atque illustrarent. Quæ de argumento hoc prodierunt, scriptorum magnus numerus est eaque differentia, vt alia vitam seruatoris nostri generatim recenseant: alia singulares illius partes complectantur. Illius generis sunt, quorum tabula nunc sequitur:

GEORGII FABRICII *historia iesu christi, filii dei, nati in terra matre, sanctissima semper virgine Maria, summatim relata expositio itemque eorum, quæ de apostolis iesu christi singulatim commemorari posse, recte et vtiliter visa sunt.* Prima editio, quæ rarior est, sine loco atque anno 8. exiit; ex dedicatione autem, Lipsiæ MDLXVI. scripta, coniectura fit non contemnenda, historiam hanc eodem anno primum prodiisse. Lucem vidit illa iterum Lipsiæ MDLXXXI. 8. atque accessit: MARTINI GASSARI oratio, qua *historia de christi iesu ad mortem pro genere humano accessione* narratur, Lipsiæ MDLXIII. recitata. Liber hic non satis quidem adcuratam et pleniorem historiam iesu christi exhibet; multa tamen, quæ vtilia sunt, continet et ad commouendum animum comparatus est: *

BERNARDINI DE MONTREVIL *vie de iesus christ, tirée des quatre euangiles et reduite en vn corps d'histoire*, Parisiis MDCXXXVII. 4. quatuor voluminibus: MDCXXXIX. 12. sex tomis: MDCXCVI. in qua editione ornanda *Brignon* operam suam posuit ac præcipue scribendi rationem reddidit

* FREYTAGII *adparat. litterar. tom.* I. p. 393. CLEMENT *bibliotheque curieuse, historique et critique tom.* VI. p. 131. BAVMGARTENII *nachrichten von merckwürdigen büchern, volum.* XI. p. 115.

vsque ad magnam hebdomadem cruciatuum, ac *ter-*
ationem cum eorum, quæ in hebdomade hac gesta
m resurrectionis atque adscensionis christi. Acces-
itæ apostolorum. Singulis capitibus auctor pias me-
s ac preces addidit: historiam ipsam christi eiusque
nt illustrauit ex geographia variasque admiscuit ad-
ies.

IVSTI QVIRINI RIVINI *historie von iesu christo, in
dert puncten abgefasset vnd so deutlich vorgestellet, daß
ein kind verstehen kan*, Lipsiæ MDCCXXII. 4. cum
eographica.* Quæ euangelistæ de christo litteris
runt, ea auctor ad ducenta capita redegit ac cu-
mpus; siue annum ab orbe condito adnotauit.
æterea euangelistarum adiecit; non eo tamen ordi-
, quo illa in horum scriptorum diuinorum com-
s habentur; sed qui constitutis rerum capitibus re-
Ea, quæ dubia esse videntur, in adiectis no-
ata atque illustrata sunt:

TONII SANDINI *historia familiæ sacræ, ex anti-
imentis collecta*, Patauii MDCCXXXIV. 8. quæ vitam
Mariæ ac Iosephi exhibet. Multa in libro hoc di-
cum eruditione ac iudicio auctorque animum mon-
i rebus fictis ac commentitiis alienum.** Quum
THVM SERRY sæpius refutasset, acerbiori inter-
endi modo vsus, defendit se ille atque euulga-
*aduersiones anticriticas in historiam sacræ familiæ,
o Sandini nouissime scriptam*, Parisiis MDCCXXXV.***

NARDI OFFERHAVSII *dissertatio historico-philo-
vita seruatoris priuata et publica:* *

ONII STEYRERI *leben vnd lehre iesu christi, des
tes, des sohnes Mariæ, nach den heiligen vier euan-
rdentlich verfasset*, Erfurti MDCCXLII. 4. Mo-
his litterarum de vita christi adnumerari possunt:

icta eruditorum volumin. VII. p. 554.
ictor. supplement. tom. II. p. 548. KRAFTII theolog.
volum. I. p. 358. samlung von alten vnd neuen theolog.
737. p. 73.
ictor. eruditor. supplement. tom. II. p. 550.
eius spicileg. historic. chronolog. p. 422.

non multo post inuentam artem typogr
gesta christi fol. sine mentione loci atq
stea iterum litteris descripta, ** quæ pe
GEORGII WIRTH *vita*; *vel euangeliu*
tuor euangelistis conscriptum, Francofur
fol. Multa quoque adiumenta præbe
christi adcurate largeque enarrandam
starum: speciatim ii, qui, vti dicuntur
composuerunt. Vtrosque infra enume
ptores exegetici a me percensendi sunt,
locum iis adsignabo. Qui cupit, his
gere, ita expositam atque illustratam,
de illa exhibeantur ac fructus salutaris
ctioris vitæ promittantur, illi commer
CREVTZBERGII *andächtige betracht*
christi, Lipsiæ MDCCXIV. 8. AEGIDI
MVNDI *heiliges leben christi*, Franco
CAROL. HENRICI DE BOGATZKY
erden, Halæ MDCCLIII. 8. eiusdem
himmel, ibidem MDCCLIV. 8.

§. IV.

In aliis scriptis singularia capit
explanata fuerunt, quæ quum vari

ubi Maria eum peperit. Ad omnia hæc ex-
lustris doctorum virorum adhibita est, vti
nunc commemorabo, satis comprobant.

am natiuitatis christi generatim illustrarunt: 10.
NVS GROSGEBAVERVS in *dissertatione histori-*
itate saluatoris nostri, Rostochii sine indicio an-
ENRICVS MAIVS in *historia natiuitatis chri-*
icis obseruationibus illustrata, Giessæ MDCCXVII.
ST. KIRCHMAIERVS, cuius exstant: *cogita-*
e de circumstantiis historiæ incarnationis iesu
mque mysteriis, Marburgi MDCCXXXIV. * quibus
libet: PAVLLI CHRIST. HILSCHERI disser-
le *erroribus pictorum circa natiuitatem christi*,
LXXXIX. MDCCV.

ea, quæ euangelistæ, Matthæus ac Lucas, de ge-
risti diuinitus scripserunt, non satis expedita esse,
se discrepare videantur, multi ad id studia sua
t, vt genealogiam hanc explanarent atque vtrum-
listam inter se conciliarent; cuius tamen coniun-
ersam inierunt rationem. Scripta, quibus argu-
oc singulari industria pertractatum est, si hæc a
morentur, satis esse puto:

IANNI FLINSBACHII *genealogiæ christi et*
pulorum tabulæ, hoc est, de arcano dei consilio
essiæ ex semine Abrahæ et Dauidis, libri tres, Ba-
XVII. fol.

ISTRI STEIERI *historiæ genealogiæ domini no-*
risti libri tres, Francofurti MDXCIV. fol. Acces-
sacrorum bibliorum synopsis: **

NIS BROVGHTONII *christs family, and other*
uding vpon it, against a iew, Londini MDCVIII. ***

sunt *cogitationes* hæ in eius *exercitationum academicar.*
. 517.

merckwürdigkeiten der bibliothec zu Dresden, tom. 1. p. 307.
atalog. libror. rarior. p. 644.

que in eius *operum tom.* II. p. 327. quæ Londini
I. fol. quatuor tomis prodierunt.

LVDOLPHI *de Saxonia vita iesu christi, ex euangeliis orthodoxisque doctoribus excerpta, vna cum Anna vita*, cuius exstant non solum permultæ editiones, iam seculo quinto ac decimo ac postea iterum iterumque adornatæ; sed etiam interpretationes italica ac gallica: * IO. HVSSI *historia gestorum christi, ex quatuor euangelistis in vnum collecta atque secundum tres annos prædicationis eius distincta*, non multo post inuentam artem typographicam sub titulo: *gesta christi* fol. sine mentione loci atque anni edita ac postea iterum litteris descripta, ** quæ perbreuis est narratio: GEORGII WIRTH *vita; vel euangelium iesu christi, ex quatuor euangelistis conscriptum*, Francofurti ad Moen. MDXCIV. fol. Multa quoque adiumenta præbent ad historiam iesu christi adcurate largeque enarrandam interpretes euangelistarum: speciatim ii, qui, vti dicuntur, *harmonias* illorum composuerunt. Vtrosque infra enumerabo, quando scriptores exegetici a me percensendi sunt, atque ita proprium locum iis adsignabo. Qui cupit, historiam de christo legere, ita expositam atque illustratam, vt piæ meditationes de illa exhibeantur ac fructus salutaris cognitionis ac sanctioris vitæ promittantur, illi commendamus: AMADEI CREVTZBERGII *andächtige betrachtung des lebens iesu christi*, Lipsiæ MDCCXIV. 8. AEGIDII GVNTHER. HELMVNDI *heiliges leben christi*, Francofurti MDCCXIX. 4. CAROL. HENRICI DE BOGATZKY *leben iesu christi auf erden*, Halæ MDCCLIII. 8. eiusdem *leben iesu christi im himmel*, ibidem MDCCLIV. 8.

§. IV.

In aliis scriptis singularia capita vitæ iesu christi explanata fuerunt, quæ quum varia sunt ac diuersa, ordinis lex postulat, vt illa distincte enarrentur. Primus locus iis tribuendus est, quæ ad natiuitatem seruatoris nostri pertinent: speciatim ad genealogiam eius ac parentes: ad tempus, quo ille in lucem editus est: ad

* editiones pariter ac interpretationes has diligenter recenset FABRICIVS *bibliothec. latin. mediæ et infimæ ætatis, volum.* IV. p. 847.

** est inter *monimenta Io. Hus et Hieronymi pragensis*, Noribergæ MDCCXV. fol. *tom.* II. p. I.

m, vbi Maria eum peperit. Ad omnia hæc ex-
a industria doctorum virorum adhibita est, vti
, quæ nunc commemorabo, satis comprobant.

Historiam natiuitatis christi generatim illustrarunt: IO.
ENTINVS GROSGEBAVERVS in *dissertatione histori-*
c natiuitate saluatoris nostri, Rostochii sine indicio an-
IO. HENRICVS MAIVS in *historia natiuitatis chri-*
philologicis obseruationibus illustrata, Giessæ MDCCXVII.
CHRIST. KIRCHMEIERVS, cuius exstant: *cogita-*
s sacræ de circumstantiis historiæ incarnationis iesu
ti earumque mysteriis, Marburgi MDCCXXXIV. * quibus
ngere libet: PAVLLI CHRIST. HILSCHERI disser-
nem de *erroribus pictorum circa natiuitatem christi*,
æ MDCLXXXIX. MDCCV.

Quum ea, quæ euangelistæ, Matthæus ac Lucas, de *ge-*
gia christi diuinitus scripserunt, non satis expedita esse,
e inter se discrepare videantur, multi ad id studia sua
tulerunt, vt genealogiam hanc explanarent atque vtrum-
euangelistam inter se conciliarent; cuius tamen coniun-
nis diuersam inierunt rationem. Scripta, quibus argu-
ntum hoc singulari industria pertractatum est, si hæc a
commemorentur, satis esse puto:

CVNMANNI FLINSBACHII *genealogiæ christi et*
ium populorum tabulæ, hoc est, de arcano dei consilio
endi messiæ ex semine Abrahæ et Dauidis, libri tres, Ba-
e MDLXVII. fol.

SILVESTRI STEIERI *historiæ genealogiæ domini no-*
iesu christi libri tres, Francofurti MDXCIV. fol. Acces-
eiusdem *sacrorum bibliorum synopsis*: **

HVGONIS BROVGHTONII *christs family, and other*
gs depending vpon it, against a iew, Londini MDCVIII. ***

nslatæ sunt *cogitationes* hæ in eius *exercitationum academicar.*
ogen, p. 517.

GOETZII *merckwürdigkeiten der bibliothec zu Dresden, tom.* 1. p. 307.
VOGTII *catalog. libror. rarior.* p. 644.

est quoque in eius *operum tom.* II. p. 327. quæ Londini
MDCLXII. fol. quatuor tomis prodierunt.

RAPH. EGLINI *genealogia domini nostri iesu christi ex regia Dauidis stirpe, per Salomonis lineam rectam deducta*, Marburgi MDCVIII. 4.

CHRISTOPHORI HELVICI dissertatio de *genealogia christi*: *

FRANCISCI GOMARI *examen controuersiarum de genealogia christi*, Groeningae MDCXXXI. 12. quod lucem adfert ad litem de genealogia seruatoris adcurate intelligendam ac diiudicandam: **

GER. IO. VOSSII *dissertatio gemina: vna de iesu christi genealogia: altera de annis, quibus natus, baptizatus, mortuus*, Amstelodami MDCXLIII. 4. quae non magnae dignitatis ac laudis est: ***

PETRI DE MARCA *dissertatio de stemmate christi*, qua auctor id maxime egit, vt Matthaeum ac Lucam conciliaret: *

ABR. CALOVII *genealogia christi, ab euangelistis, Matthaeo et Luca, conscripta*, Vitembergae MDCLII.

EMANVEL. THESAVRI *genealogia christi saluatoris*, Mediolani MDCLII. MDCLXI. Moguntiae MDCLXIX. qui liber eruditis ac rei, in eo expositae, peritis non multum se commendauit:

GVIL. LYSERI dissertatio de *genealogia christi*, Vitembergae MDCLXXII.

IO. FRIDERICI MIEGII disputatio de *stemmate christi dauidico*, Heidelbergae MDCLXXX. **

IACOBI GAILLARDI dissertatio de *genealogia iesu christi*, gallice scripta, Lugduni MDCLXXXIII. 8.

MARTI-

* addita est auctoris *vindicationi locorum pervulgatissimorum veteris testamenti a corruptelis pontificiorum*, Giessae MDCXX. 8. cui libro vna cum memorata dissertatione locum dedit CRENIVS in *fasc.* III. *exercitationum philologico-historicarum* p. 77. 332.

** in *operum* eiusdem *theologicor.* tomo II. p. 241.

*** *operum* illius tomo VI. p. 41.

* locum habet inter eius *opuscula*, *nunc primum edita* cura *Baluzii*, Parisiis MDCLXXXI. 8.

** dissertatio haec iterum edita est in *miscellaneorum duisburgens.* tomo II. p. 97.

RTINI CHEMNITII *genealogia christi, tabulis aucta rata*, Magdeburgi MDCXC.

C. HAI. VAN DEN HONERT *vereffening van de twe erten by Matthaeusen Lucas*, Amstelodami MDCCII. 8.

MICHAEL. LANGII *dissertationes theologicae de ia christi ex patribus secundum carnem*, Noriber- CCIII. 4. * non mediocri cum diligentia ac iudicio tae hancque ob caussam iis commendandae, qui stu- ad genealogiam christi explanandam conferunt. uatuor dissertationes harumque *prima* singulare rei nomentum explicat: *secunda* vtramque tabulam ge- ae apud Matthaeum et Lucam coniungit ac qui inter se videtur, dissensum tollit: *tertia* rationem mon- conferendi ac conciliandi narrationes Matthaei ac de stirpe ac familia christi, cum reliquis documen- is genealogicis, quae in scripturis diuinis, maxime testamenti, habentur: *quarta* denique recenset do- , veterum ac recentiorum, sententias de genealo- c easdemque diiudicat. Adiecit praeterea: *mantissam tum practicorum, ex theoria genealogiae christi fluen- tanquam adpendicem*:**

. PETRI GRVNENBERGII *fides Matthaei genealo- media tessaradecade*, Rostochii MDCCIII.

IDORI A SANCTO MICHAELE de *temporali hu- t mystica domini nostri iesu christi generatione obserua- nealogica, panegyrica, mystica, dogmatica et moralis, rimum caput sancti Matthaei*, Neapoli MDCCIV. fol. *** sit opus hoc, ex adducto illius titulo suspicari licet. non exiguum volumen; pleraque autem, quae eo con- ur, sunt commentitia resque nullius vtilitatis. Se- auctor modum, sacras litteras interpretandi, cabba- listi-

---

ruditor. MDCCIII. p. 436. *iournal des sauans* MDCCIV. au- p. 816. LILIENTHALII *exegetische bibliothec* p. 253.

; quae disputata sunt inter Langium hunc atque anonymum rsarium in *dem berlinischen hebopfer*, *volum.* I. p. 213. *vo-* III. p. 201. *volum.* IV. p. 146. 401. quum illa etiam ad ge- giam christi spectant.

r. eruditor. supplement tom. IV. p. 342.

lilticum ac myſticum; quæ contra ad rectum verborum ſenſum: ad veram genealogiæ chriſti rationem atque ad conſenſum euangeliſtarum, Matthæi ac Lucæ, pertinent, illa plane negliguntur:

IO. HENRICI HOTTINGERI diſſertationes duæ de *genealogia chriſti*, Tiguri MDCCXI. MDCCXIII. quæ laude ac lectione dignæ ſunt: *

IO. KOCHII *diſquiſitio exegetico-hiſtorica de vtraque genealogia chriſti ſecundum Matthæum ac Lucam eiusque vera et naturali connexione*, Hannoueræ MDCCXXX. 4.

HENRICI BENZELII diſſertatio de *duplici genealogia ieſu chriſti iuxta Matthæum et Lucam*, Lund. MDCCXXXIV. 4**

Parentes ſeruatoris noſtri fuerunt Ioſephus ac Maria. Ille; ſiue *Ioſephus*, dicitur pater chriſti, non naturali, ſed morali ſententia, quia erga ieſum educandum omnes amoris ac fidei partes impleuit. Ad hiſtoriam illius illuſtrandam ſingularis induſtria adhibita eſt ac quæ nunc commemorabo, ſcripta compoſita ſunt. Prodierunt in lucem: ANDR. DE SOTO *vita et excellentia ſancti Ioſephi*, Bruxellis MDC. 8. lingua hiſpanica: IOSEPHI DE VALDIVIESSO *vita Ioſephi*, etiam hiſpanice, Tolet. MDCVII. 8. Hiſpali MDCXLVII. 8. atque aliis locis annisque, quæ oratione ligata deſcripta et in XXIV. libros diuiſa eſt: CAROLI STENGELII *Ioſephus, hoc eſt, ſanctiſſimi educatoris chriſti ac Mariæ ſponſi, vitæ hiſtoria, compendio adumbrata*, Monachii MDCXVI. 12. cum figuris elegantibus: CLAVDII DAVSQVEII *ſancti Ioſephi ſanctificatio extra vterum; ſeu binoctium, contra Marchantii inanias*, Lugduni MDCXXXI. 8. PETRI BIVERI liber de *Ioachimo, Anna et Ioſepho*, Antuerpiæ MDCXXXVIII. MICHAEL FRYE *leben und wandel des allerheiligſten Ioſephs, nährvaters unſers herrn ieſu chriſti, durch den auctorem ſelbſt aus der lateiniſchen in die deutſche ſprache vberſetzt*, Monachii MDCLXXX. 12. AVGVSTINI CALMETI *diſſertatio de ſancto Ioſepho, ſanctæ Mariæ*

* extant in HASAEI et IKENII *theſaur. nou. theolog. philolog. tom.* II. p. 73;

** locum obtinuit in eius *ſyntagmat. diſſertationum*, Lipſiæ MDCCXLV. 4. edito, *tom.* II. p. 206.

Mariæ virginis coniuge. * Pleraque horum ſcriptorum atque aliorum, quæ præſulis romani adſeclæ euulgarunt, non veram hiſtoriam; ſed nimias laudationes Ioſephi, cum multis fabulis coniunctas, exhibent hancque ob cauſſam parum vtilia ſunt. Vberiores fructus commentationes præbent, quas de Ioſepho hoc noſtrates ſcripſerunt iisque verum a falſo diſcernere ſtuduerunt. Generis huius ſunt: IO. CRAVSII *exercitatio de Ioſepho et Maria, ſaluatoris parentibus*, Ienæ MDCLXVII. IO. FRIDERICI MAYERI *quæſtio hiſtorica: num Ioſephus tempore natiuitatis chriſti fuerit ſenex decrepitus?* Lipſiæ MDCLXXII. GEORGII HENRICI GOETZII diſſertatio de *cultu Ioſephi, parentis chriſti*, contra pontificios, Annæbergæ MDCCII. ** IO. HENRICI VON SEELEN commentario de *pietate Ioſephi in Mariam*, Lubecæ MDCCXX. quibus addi poteſt: GVIL. CHR. IVSTI CHRYSANDRI diſſertatio de *ſapientia dei, in connubio Ioſephi ac Mariæ miranda*, Helmſtadii MDCCXLIV. Exſtat quoque: *hiſtoria Ioſephi, fabri lignarii, liber apocryphus, ex codice manuſcripto bibliothecæ regiæ pariſienſis nunc primum arabice editus; nec non verſione latina et notis illuſtratus a* GEORGIO WALLINO, Lipſiæ MDCCXXII. 4. *** qui liber tamen non hiſtoriam; ſed fabulam complectitur ſcriptorque illius tantam impudentiam prodit, vt eam ad chriſtum, tanquam verum auctorem, referat huncque, in monte olîueti ad diſcipulos ſuos loquentem ac Ioſepho parentantem, introducat. De ætate libri huius vix quidquam definire licet. Scriptum illum eſſe ſermone ebræo ac deinde in arabicum conuerſum, cum Io. Bollando Wallinus ſuſpicatur. *

Eorum, qui inter curiæ romanæ addictos de *Maria* ſingulari induſtria commentati ſunt, tanta eſt multitudo, vt

* eſt in eius *prolegom. et diſſertationibus in ſacram ſcripturam*, a MANSIO lingua latina vnoque volumine Lucæ MDCCXXIX. fol. editis, *tom.* II. p. 421.

** exſtat etiam in eiusdem *meletematibus annæbergenſib.* Lubec. MDCCVII. 8. editis, p. 939.

*** *acti eruditor.* MDCCXXII. p. 567.

* hiſtoriam hanc FABRICIVS in *codicis pſeudepigraphi veter. teſtamenti volum. alterum* p. 309. tranſtulit.

vt singulos numerare, res fere sit difficilis. Si quis notitiam illorum comparare sibi velit, legat is HIPPOLYTI MARRACCII *bibliothecam marianam, alphabetico ordine digestam et in duas partes diuisam, qua auctores, qui de Maria, dei parente virgine, scripsere, cum recensione operum continentur*, Romæ MDCXLVIII. 8.* Plerique horum auctorum studia sua nimiis haud apte excogitatis: immo sæpe in deum christumque iniuriosis laudibus Mariæ consecrarunt ac multa de virgine hac tradiderunt, quæ aperte ficta ac fabulosa sunt. Pauca adferunt, quæ ad veram Mariæ historiam illustrandam faciunt, meque hanc ob rem longiorem illorum commemorationem iuste omittere posse, puto. Sufficiat adduxisse: PETRVM ALPHONSVM, cuius libellus de *vita et laudibus Mariæ virginis*, Barcinone MDLXII. 8. prodiit: IO. BONIFACIVM libris quinque de *virginis Mariæ vita et miraculis*, Parisiis MDCV. Coloniæ MDCX. 8. EGIDIVM ALBERTINVM, cuius exstat: *triumph vnserer lieben frauen, ihr leben begreiffend, durch Raph. Sadeler mit kupferstichen gezieret*, Monachii MDCXVII. 12. IACOB. GRETSERVM in *vita Mariæ virginis deique genetricis*: ** auctorem libri: *Maria di Giesu, mistica citta di dio, o vero istoria diuina e vita della virgine, madre di dio, regina e signora nostra Maria santissima*, qui liber primum hispanice Madriti MDCLXVI. deinde lingua italica Antuerpiæ MDCCXIII. 4. sub memorata inscriptione lucem adspexit.*** Quæ scripta vti generatim ad vitam Mariæ pertinent; ita alii auctores singularia argumenta de virgine hac exposuerunt. De fuga Mariæ in Aegyptum commentatus est: GEORG. AGRICOLA in *itinerario beatæ Mariæ virginis, quando cum puero iesu fugit in Aegyptum*, Ingolstadii MDLX. 4. de illius annulo: IO. BAPTISTA LAVRVS libro de *annulo pronubo beatæ virginis Mariæ, qui Perusiæ seruatur*, Romæ MDCXXII. 8. HYACINTHVS VINCIOLI, qui iuris publici fecit breuiorem commentationem de *sancto annulo Mariæ virginis, ad nobilem magistratum perusinum*,

* *tom.* I. *bibliothecæ* huius p. 208.

** locum obtinuit in eiusdem *operum tomo*. X. p. I.

*** *vnschuldige nachrichten*, 1715. p. 1118.

num, ſermone italico, Peruſiæ MDCCXXXVII. 8. * Reliquos generis huius auctores prætereo; addo autem monimenta quædam litteraria de Maria, quæ viri eruditi ſacrorum noſtrorum ea ratione compoſuerunt, vt maius veritatis ſtudium monſtrarent ac cultoribus hiſtoriæ eccleſiaſticæ maiorem adferrent vtilitatem. Sunt iſta: IO. MEISNERI diſſertatio *de ſepultura Mariæ*, Vitembergæ MDCLXIV. AEGIDII STRAVCHII *diſſertatio hiſtorico-theologica de beatæ virginis Mariæ natalibus*, Vitembergæ MDCLXVII. ** IO. FRIDERICI MAYERI diatriba de *conuentu apoſtolorum ad mortem Mariæ*, Lipſiæ MDCLXXI. MARTINI LIPENII diſputatio de *ortu Mariæ*, Stettini MDCLXXV. IO. ANDR. SCHMIDII *proluſiones marianæ, notabiliora, ſiue vera; ſiue ficta, ab auctoribus antiquioribus et recentioribus de beata Maria paſſim notata, exhibentes*, quæ quum ſeparatim in lucem exiiſſent, poſtea illæ coniunctim editæ ſunt cum præfatione *Io. Laurent. Moſhemii*, Helmſtadii MDCCXXXIII. 4.*** CHRISTOPHOR. HENRICI ZEIBICHII commentatio de *pallio Mariæ tutelari*, Vitembergæ MDCCXXXV. quibus adiungi poteſt: FRID. MATTH. REIMBOLDI *Iacobi Hyacinthi Serry teſtis veritatis in hiſtoria Mariæ et chriſti, aduerſus Cæſarem Baronium aliosque in eccleſia romana*, Lipſiæ MDCCXXXVI. 4.

Quo anno, menſe ac die chriſtus natus fuerit, de eo magna eſt diſſenſio veterum ac recentiorum resque ipſa tantam coniunctam ſibi habet difficultatem, vt haud liceat, illam definire. Comprobant hoc ſcripta, quibus doctiſſimi viri ad argumentum hoc explanandum ingenia ſua diligenter adhibuerunt ac cum generatim de tempore; tum ſpeciatim de anno, menſe ac die natali chriſti diſputarunt. Inter ea locum tenent:

IO. KEPPLERI *commentatiuncula de vero anno, quo æternus dei filius humanam naturam adſumſit*, Francofurti MDCXIV. 4. cum qua coniungenda eſt: SETHI CALVISII

* *nouorum actor. eruditorum ſupplement. tom.* V. p. 233.

** legenda etiam eſt in *opuſcul. ad hiſt. et philolog. ſacr. ſpectant. faſc.* IV. p. 280.

*** de fabulis marianis agit SCHMIDIVS in *hiſtoria ſeculi primi, fabulis variorum maculata*, *ſection.* I.

SII *epistola de vero natiuitatis christi* **anno** *Kepplerum*, Lipsiæ MDCXIII. 4.

IO. CLOPPENBVRGII *dissertatio chro logica de anno, mense et die natali christi*, non satis diligenter elaborata est:
sententiam; nec omnia monimenta, vti
in ipsum opus transtulit. Referre et huc li
et nobilissimum concilium illiberitanum, qu
in Hispania celebratum, cum discursibus a
mentem VIII. *de eo confirmando Ferdinandi*
ditis notis diuersorum, quibus accedunt no
nuel. Gundisalui Tellez, Lugduni MDCLX

III. in ANGLIA:

HENRICI SPELMANNI *concilia, a*
stitutiones in re ecclesiarum orbis britannici
tomos conscribere atque in lucem proferr
primus autem tantum sub dicto titulo a Sp
tus est Londini MDCXXXIX. fol. Comple
lia, quæ a primis christi seculis vsque ad
mannorum, id est, annum MLXVI. habit
manni mortem secundus tomus, a temp
desinit, vsque ad excussum ab Henrico V
mani iugum perductus, a CAROLO SPE
manum admouente *Guilelmo Dugdalo*,
est, Londini MDCLXIV. fol. Tertius tom
tempora debebat persequi, haud prodiit:

DAVID. WILKINSII *concilia magnae Britanniae et Hiberniae, a synodo verolamiensi anni domini* CCCCXLVI. *ad londinensem anni domini* MDCCXVII. *Accedunt constitutiones et alia ad historiam ecclesiae anglicanae spectantia*, Londini MDCCXXXVII. fol. quatuor tomis.* Egregium ac splendidum opus hoc luculenter monstrat, auctorem plane singulare studium in eo collocasse, vt concilia Angliae diligenter atque adcurate exhiberet. Duo priores tomi complectuntur duo volumina Spelmanni, quae paullo ante recensui; ea autem ratione, vt Wilkinsius multos variosque naeuos Spelmanni emendauerit ac quae ipsi nihil ad rem facere videbantur, ea adpendicis loco vltimo tomo adiecerit. Non solum tamen Spelmanni opus adcuratius ac limatius reddidit; verum etiam quum duos tomos addidit, multum locupletius. Quodam modo ad locum hunc etiam referri; aut saltim, oblata nunc occasione, commemorari potest: LAVRENTII HOWELII *synopsis canonum sanctorum apostolorum et conciliorum oecumenicorum et prouincialium, ab ecclesia graeca receptorum; nec non conciliorum, decretorum et legum ecclesiae britannicae et anglosaxonicae*, Londini MDCCVIII. fol. **

IV. in GERMANIA:

Concilia Germaniae, quae celsissimi principis, Ioannis Mauritii, archiepiscopi pragensis, sumtu IO. FRIDERICVS SCHANNAT *magna ex parte primum collegit: dein* IOSEPHVS HARTZHEIM *eiusdem celsissimi principis impensis plurimum auxit, continuauit, notis, digressionibus criticis, charta et dissertatione chorographicis illustrauit*, cuius operis adhuc duo tomi in lucem prodierunt: primus Coloniae MDCCLIX. *** secundus ibidem MDCCLX. fol. * Laudabilia

 omnino

* *acta eruditor.* MDCCXL. p. 1. *nachrichten von einer hällischen bibliothec volum.* III p. 262. Historiam conciliorum, quae in Anglia coacta sunt, breuiter tradit KEMPIVS *bibliothecae Anglorum theologicae cap.* XXI. p. 540. minus tamen adcurate.

** *history of the wercks of the learned*, MDCCVIII. p. 237. *iournal des sauans* MDCCX. *febr.* p. 196. *ausführlicher bericht von allerhand neuen büchern* p 728. *vnschuldige nachrichten* 1709. p. 720.

*** *acta eruditor.* MDCCLIX. p. 227.

* *ibidem* MDCCLX. p. 97. ERNESTI *neue theologische bib. lium.* II. p. 99.

omnino in se sunt studia, quæ cum Schannato Hartzhemius in colligendis Germaniæ conciliis, iisdemque illustrandis atque edendis collocare cœpit. Quæ iam editis voluminibus continentur, ea non omnibus vitiis ac næuis carent. Neglecta interdum est debita fides atque adcuratio. Magnus numerus conuentuum adducitur; quos autem omnes iure concilia adpellari posse, difficulter erit probandum. Quædam, minus prætermittenda, sunt omissa. Loco hoc mentionem quoque facio: *des kurtzen entwurfs derer in Teutschland von anfange des christenthums gehaltenen general, prouincial und particular concilien,** ac CHRISTOPHORI MATTHAEI PFAFFII *conspectus collectionis conciliorum atque aliorum ecclesiasticorum monimentorum Germaniæ.***

V. in HVNGARIA:

CAROLI PETERFY *sacra concilia ecclesiæ romano-catholicæ, in regno Hungariæ celebrata*, duobus tomis, quorum primus lucem adspexit Viennæ MDCCXLII. fol. secundus Posonii eodem anno fol.*** Accesserunt regum Hungariæ et sedis apostolicæ legatorum constitutiones ecclesiasticæ. Volumina hæc cum iudicio legenda sunt, quum auctor nimium indulget prauis animi adfectibus religionis caussa atque in lutheranorum reformatorumque sacrorum socios acerbius inuehitur.

§. IV.

Quemadmodum inter doctissimos viros fuerunt, qui operam suam maxime in conciliis actisque eorum colligendis atque euulgandis ponerent partique historiæ sacræ de conuentibus ecclesiasticis magnam lucem adferrent; ita alii studia sua ad id adhibuerunt, vt historiam

* est in LVNIGII *spicileg. ecclesiastic. part.* I. p. 822.

** quum PFAFFIVS *concilia Germaniæ*, voluminibus iuncta, in lucem proferre, secum constituisset, tabulam illorum scripsit atque *actis et scriptis publicis ecclesiæ virtembergicæ* p. 523. adiecit; FABRICIVS autem illam transtulit in *bibliothecæ græcæ volumen* XI. p. 129. atque ESTOR in *die anmerkungen vber das staats- und kirchenrecht* p. 44. Opus ipsum haud emissum est, quoniam nullus bibliopolarum ad id adduci potuit, vt sumtus suppeditaret, ad illud litteris describendum necessarios: confer: PFAFFII *introduction. in historiam theolog. litterar. part.* III. p. 235.

*** *acta eruditor.* MDCCXLVII. p. 625.

.. ANDREAE *disquisitio de Simone mago*, Mar-
KXX. 4.
DR. HELWIGII dissertatio de *Simone mago*,
'*estamenti haeretico*, Vitembergae MDCXCIII. et
CXI.
IS NOERHOLMII disputationes binae: *an Si-*
primus fuerit haereticus, quarum prior prodiit
XCIX. posterior ibidem MDCC. *
ORG. PERTSCHII commentatio de *crimine Si-*
e MDCCXIX. 4. quam merito ad locum hunc re-
it fata Simonis et criminis, ab eo commissi, ex
s ecclesiasticis eruuntur:
RENTII MOSHEMII dissertatio de *uno Si-*
Helmstadii MDCCXXXIV. **
XLV. de STERCORANISTIS:
BILLONII *obseruatio de Amalario, Rabano et*
le Stercoranistis agitur: *** CHR. MATTH.
ssertatio de *Stercoranistis medii aui tam latinis;*
r, Tubingae MDCCL.
XLVI. de THEOPASCHITIS:
ITII disputatio de *Theopaschitarum haeresi*,
MDCLXI.
XLVII. de TRITHEITIS:
KII dissertatio de *origine et progressu tritheismi*,
meo habita, Ienae MDCCXXXIII. IO. CHRI-
HARENBERGII dissertatio de *commentitia*
haeresi, doctoribus nonnullis perperam adficta: *
XLVIII. de VALENTINIANIS:
LODBERGII *disquisitio historica de Valentino*
nis, haereticis seculi secundi, Hafniae MDCXCV.
IO.

---

mar. balth. MDCXCIX. p. 21. MDCC. p. 204.
atque auctior est in eius *dissertationum, ad histo-*
ic. pertinent. volum. II. p. 55. Syllabum scriptorum
monis magi exhibet VOGTIVS *bibliothec. historiae hae-*
I. *fascicul.* 3. p. 567.
eius *ad acta sanctor. ordin. benedict. seculi* IV. *part.* II.

rsbemiensibus sacris p. 263.

V. NILI metropolitæ Rhodii, *synoptica nar* *nodis œcumenicis nouem*, græce ac latine edita:*

VI. ANONYMI *libellus synodicus, omnes sy* *orthodoxas; quam hæreticas, breui compendio cont* *ab apostolorum inde tempore vsque ad octauam*, *Photii et Ioannis papæ institutam, sunt celebratæ*, tine, *Io. Pappo* interprete, cum DAVID. CHYT *logo conciliorum*, Argentorati MDCI. 4. **

VII. MICHAELIS PSELLI opusculum de *conciliis œcumenicis*, quod *Franciscus Bosquetu* quibusdam PSELLI libellis græce ac latine edid illustrauit, Parisiis MDCXXXII. 8. ***

§. V.

Tempore *recentiori* longe plures historia rum explanandæ operam dederunt eique e accenderunt lucem. Duo sunt horum scrip nera. Alii enim sunt *generales*, qui singulor maxime celebrium atque illustrium conciliorum dederunt ac narrarunt, qua ætate: qua qua auctoritate illa sint habita: quæ facta creta. Alii appellari possunt *speciales*, ab ea co di ratione, qua industriam suam ad singular tantum concilia ita adhibuerunt, vt historiam rum describerent.

Quibus generatim historia conciliorum illust sequentia lucem adspexerunt:

SALOMONIS GESNERI *libri quatuor de c* *rum vnus generalem tractationem: alter historica* *nem omnium conciliorum: posteriores duo refuta*

---

* in PHOTII *nomocanone* p. 175. VOELLI *bibliothec.* *veteris tom.* II. p. 1155. HARDVINI *conciliorum tom.*

** exstat etiam libellus hic græce ac latine in VOE *iuris canon. veteris tom.* II. p. 1166. HARDVINI *conc* p. 1491. FABRICII *bibliothec. græc. volum.* XI. p. 18

*** prodiit et græce Basileæ MDXXXVI. 8. latine aux *conciliorum tom.* III. *part.* I. p. 400.

rum librorum Roberti Bellarmini de conciliis continent, Vitembergae MDCVII. 8. cuius scripti liber tantum secundus isque historicus ad locum hunc pertinet:

GABRIELIS PRATEOLI *narratio historica conciliorum omnium ecclesiae christianae*, cum castigationibus *Io. Lydii*, Lugduni Batauorum MDCX. 8. *

LEANDRI DE SANCTO MARTINO *historia et harmonia conciliorum*, Francofurti MDCXVII. fol.

PHILIPPI LABBEI *synopsis historica conciliorum*, Parisiis MDCLXI. 4. **

IO. LASSENII *synopsis et summa conciliorum omnium, inde a passione christi vsque ad hac nostra tempora, in Europa, Asia et Africa habitorum, secundum seriem annorum disposita*, Ienae MDCLXI. 4. *** Additae sunt vitae imperatorum et pontificum romanorum; praeter has autem, notae breuiores ad concilia nonnulla, vbi scriptores pontificii errasse videntur: *

IO. CABASSVTII *notitia conciliorum sanctae ecclesiae, in qua elucidantur exactissime tum sacri canones; tum veteres nouique ecclesiae ritus*, Lugduni MDCLXVII. 8. MDCLXX. 8. Venet. MDCCIII. 8. Quo libro quum Cabassutius breuiorem notitiam conciliorum dedisset, ab Hieronymo Grimaldi, cardinali, iussus, ad illam amplificandam animum adpulit maiusque opus confecit atque edidit sub titulo: *notitia ecclesiastica historiarum, conciliorum et canonum inuicem collatorum, veterumque iuxta ac recentiorum ecclesiae rituum, ab ipsis ecclesiae christianae incunabulis ad nostra vsque tempora, secundum cuiusque seculi seriem adcurate digesta*, Lugduni MDCLXXX. fol. iterum ibidem MDCLXXXV. et MDCXC. fol. Sequitur auctor eum commentandi ordinem, vt primum historicam synopsin ecclesiae cuiusque seculi exhibeat: dein-

* est etiam in GVALTERII; siue GRVTERI *chronic. chronicor. ecclesiastic. libr.* II. p. 246.

** et *tomo* I. eius *conciliorum*.

*** locum annumque hunc memorat FABRICIVS *bibliothec. graec. volum.* XI. p. 103. De anno alii scriptores consentiunt. Librum ipsum videndi, mihi nulla facultas fuit.

* confer: MOLLERI *Cimbr. litterat. tom.* II. p. 450.

dano composita est. Refertur illa inter libros

HERMANTII *histoire des conciles depui de l'eglise iusqu'a present, ensemble les can l'abregé chronologique de la vie des papes et auec des notes*, Rothomagi MDCCXXX. 8. q quae est editio emendata atque aucta. Ante lucem exiit Rothomagi MDCXCV. 12. MDCCXVI. 12. quatuor voluminibus: ***

IOACHIMI HILDEBRANDI *historia co to christo vsque ad seculi XVII. annum XLV. torum*, Helmstadii MDCCVII. * ac MDCCXV magni momenti; a tironibus tamen histori vtiliter legendus:

Dictionaire portatif des conciles, Parisiis MD commemoratio facta est conciliorum a pri christianae aetate vsque ad annum MDXC. auc veritatis ac diligentiam probauit. Liber temnendus est: **

CHRISTIAN. GVIL. FRANCISCI W mei, *entwurf einer vollständigen historie der*

---

* NICERONII *memoires tom.* XXXVIII. p. 173.

** *acta eruditor.* MDCLXXXVI. p. 619

lungen, Lipsiae MDCCLIX. 8. quo libro non solum historia singulorum conciliorum enarratur; sed etiam scriptorum de illis mentio fit. Praeter hos, consulendi sunt, qui data occasione de conuentibus ecclesiasticis ita exposuerunt, vt historiam eorum illustrarent: DAVID CHYTRAEVS,* IO. PRIDEAVX,** GVIL. CAVEVS,*** IO. ANDREAS SCHMIDIVS,* IO. ALBERTVS FABRICIVS.**

§. VI.

Ii, qui recentiore aetate locum sibi fecerunt inter scriptores conciliorum *speciales*, non vnius generis sunt. Alii studia sua in eo collocarunt, vt quorumdam conuentuum ecclesiasticorum, maxime illorum, qui oecumenici; siue vniuersales, adpellantur, historiam traderent; aut lucem aliquam illi adferrent; alii vero de vno ac singulari tantum concilio commentati sunt resque illius memorabiles litteris mandarunt.

Ad scriptorum ordinem, quibus nonnulla concilia enarrantur, pertinent:

NICOLAI SELNECCERI *catalogus breuis praecipuorum conciliorum oecumenicorum et nationalium, a tempore apostolorum vsque ad nostram aetatem*, Lipsiae MDLXI. 8. Francofurti MDLXXI. 8.

* cuius exstat: *catalogus conciliorum, in quo nomina praecipuarum synodorum et loca ac tempora, quibus singulae celebratae sunt, breuiter indicantur*, additus eiusdem *onomastico theologico*, Vitembergae MDLXXVIII. 8. ac *synodico*, a *Pappo* edito et antea a me memorato.

** in cuius *operibus* p. 707. edition. Tigur. MDCLXXII. exstat *conciliorum synopsis*.

*** cuius *historia litteraria scriptorum ecclesiasticorum* etiam notitiam conciliorum praebet.

* qui SAGITTARII *introductionis in historiam ecclesiasticam tomo* II. p. 707. supplementa de conciliis et colloquiis adiecit.

** *bibliothec. graec. volum.* XI. p. 259. vbi suppeditatur notitia conciliorum alphabetica, chronologica et geographica. Ordine temporis ac litterarum percensentur quoque concilia — *chronologiae reformatae part.* III. p. 130.

EDMVNDI RICHERII *historia conc* *in quatuor libros distributa*, edita post a lonia; siue potius Parisiis MDCLXXX. 4. *** tribus voluminibus. * Opus hoc laude, tentione dignum est. Auctor eius vti a nimentis; ita hoc quoque monstrauit, libertatis ecclesiæ gallicanæ, ac quod ponti rogat, regimen ecclesiæ absolutum nullisqu scriptum impugnauit; hoc autem modo quæ antea in libello de *ecclesiastica et politic*

ANONYMI *histoire des conciles gene* *par le premier concile de Nicée*, Parisiis ibidem; siue potius, vt videtur, Amsteloc qui liber, tamquam prima operis pars, exh cilii nicæni; minus autem vere atque ad quum auctor religioni suæ consulere hui ficari voluit. In historia hac num longi rit; nec ne? me nescire fateor.

ANONYMI *histoire des conciles gene* *tenues en orient et occident depuis le*

---

* addita est NICEPHORI *constantinopolitani chr*

iusqu' au concile de Trente, auec des dissertations par raport aux moeurs de l'eglise gallicane et du royaume, Parisiis MDCXCIX. 8.* quo libro historia conciliorum vniuersalium ita describitur, vt et iura Gallorum contra pontificem romanum defendantur:

IO. BOVILLET DE SANCTO PAVLLO *abregé historique des conciles generaux*, Molini MDCCIII. 12.

ANTONII BALDASSARRI *istoria compendiosa de' concilii ecumenici dell' oriente e dell' occidente, con la scelta d'alcuni concilii nazionali et prouinciali*, Venetiis MDCCVIII. 12. duobus voluminibus ac MDCCXIII. 4.**

PETRI VALERII MARTIRELLI *lettioni famigliari sopra l'historia e dogmi de' concilii generali d'oriente, esposte al suo capitolo e clero*: ***

THOMAE MARIAE MAMACHII *epistola ad Mansium de ratione temporum athanasianorum deque aliquot synodis, quarto seculo celebratis*, Romae MDCCXLVIII. 8.* quibus de synodis sardicensi, mediolanensi, romana, antiochenis, maxime de illarum aetate agitur.

§. VII.

Postquam eos scriptores conciliorum speciales percensui, qui de quibusdam conuentibus ecclesiasticis exposuerunt, sequuntur illi, qui studia sua conciliis ita consecrarunt, vt vnius tantum historiam explanarent hancque in rem singularia componerent scripta ac iuris publici facerent. Monimenta haec ingenii nunc commemorabo, ea nimirum, quae ad historiam huiusmodi conciliorum synodorumque pertinent.

Scripta

* *actor. erud. suppl.* *tom.* III. p. 342. BERNARDI *nouuelles de la republique des lettres* MDCXCIX. *septembr.* p. 243. *vnschuldige nachricht.* 1701. p. 93.

** *giornale de' letterati d'Italia tom.* VII. p. 466. et *tom.* XV. p. 473.

*** *iournal des sauans* MDCCIX. *iul.* p. 230. *memoires de Treuoux* MDCCIX. *decembr.* p. 2211.

* *acta erudit.* MDCCL. p. 449.

uitur, quarum *prima* auctor agit de caui
fione atque auctoritate antiocheni conci
fcopis, in concilio hoc præfentibus: *ter*
fidem fpectant et in concilio hoc decret
canonibus concilii huius; *quinta* autem
dicem de actis poft fynodum antiochen
norum conuenticulo:

II. CONCILII BASILEEN

AENEAE SYLVII *de concilio bafilee* MDLXXVII. 8. Cattopoli MDCLXVII. 4.**
IACOBI LENFANTII *hiftoire de la* *et du concile de Basle*, Amftelodami MD tomis, *** qui liber præclarus duo ar complectitur, quemadmodum et titulus terum fpectat ad bellum huffiticum, vbi a ligione chriftiana, quam Bohemi ab ecclef de vita rebusque Huffi: de ipfo bello huf tem ad concilii bafileenfis hiftoriam. A BRII differtatio de *Adamitis*, qui anno M mia orti perhibentur, ita fcripta, vt narrat Picardis fabulis adnumerentur.* Quum

* *iournal des fauans* MDCLXXXI. D 92. *acta er*

contra Iansenium, Parisiis MDCXLVIII. 8. * Id
git auctor, vt monstret, fuisse omnino haereticos
natianos, mirum non est, illum minus se commen-
, qui negant, exstitisse dictam prauam factionem,
maxime ac Iansenii adseclis. Praeter alios, pugna-
ersus eum GILBERTVS MAVGVINVS; defensus autem
VDOVICO CELLOTIO in *operibus*, quae antea recensui:
AE REHEBOLDI *diasceps is de veteri Praedestinato-
resi*, praemissa eius dissertationi de *natura et gratia*,
myraldo cumprimis opposita, Giessae MDCLI.
GIDII STRAVCHII dissertatio de *Praedestinatianis*, Vi-
gae MDCLVIII.
ORGII GREENII disputatio de *haeresi veterum Praede-
vorum*, Vitembergae MDCLXXVIII.
TALIS ALEXANDRI dissertatio de *praedestinatiana*
**

B. DVCHESNE *predestinatianisme, ou les heresies
predestination et la reprobation*, Parisiis
XIV. 4. ***
RENTII HEERFORDT dissertatio de *haeresi prae-
ana, ab Augustino praeter opinionem inuecta*, Hafniae
XXIII.
BALTHAS. BERNHOLDI dissertatio de *Praedesti-
, haereticis seculi* V. Altorfii MDCCXXXVII. Referri
ossunt scripta de Godeschalcianis, quae antea enarraui.

XL. de PRISCILLIANISTIS:

ONIS DE VRIES *dissertatio critica de Priscilliani-
nque fatis, doctrinis et moribus*, Traiecti ad Rhe-
DCCXLV. 4. * FRANCISCI GIRVESII *de historia
nistarum dissertatio, in duas partes distributa, ordi-
logico digesta*, Romae MDCCL. 8. **

XLI.

uoque suum tenet in eius *operum tomo* IV. p. 269.

eius *ecclesiastica tom*. V. p. 211.

des sauans MDCCXXV. *octobr*. p. 378.

I *theolog. bibliothec, volum*. II. p. 426.

lta d'opuscoli scientif. e filolog. tom. XXVII. p. 61. legen-
ssertatio de Pryscilliana haeresi.

editum est, acta concilii constantiensis con
nimenta, maxima ex parte ant ea litteris hau
ctitur. Sumta illa sunt ex manuscriptis codi
ipsius imperatoris romani, aliorum prin
academiarum Hardtiusque recensuit ista c
dustria, notisque præterea eruditis ac de
que vita monitis auxit atque ornauit. (
prolegomenis differit de codicibus manu
cilii constantiensis. Acta ipsa apte disp
bentur monimenta tomo *primo* de eme
ecclesiasticæ vniuersali: *secundo* de pa
ecclesiæ: *tertio* de variis religionis ac
quarto de ecclesiæ reformatione, vnion
de adparatu ac pompa concilii huius ac
te, iure ac fatis illius. Prodiit et tomus
cilii constantiensis, sistens indicem generale
num in omnes sex tomos, quem confecit
edidit GEORG. CHRISTIAN. BOHNS
MDCCXLII. fol.***

---

* præmissum est eius *tractatui de sensu et auctor*
cilii constantiensis sessione quarta et quinta, Ro
confer: *acta eruditor* ...

IACOBI LENFANTII *histoire du concile de Constance, tirée principalement d'auteurs, qui ont assisté au concile*, Amstelodami MDCCXIV. 4. duobus tomis,* quam primam editionem sequuta est secunda, eaque emendata ac locupletata, ibidem MDCCXXVII. 4.** Historia hæc ita scripta est, vt merito in non mediocri sit existimatione. Sequitur auctor ordinem chronologicum: enarrat diligenter, quid quouis die actum fuerit ac dictum: præbet se neutri parti addictum: notat aliorum errores adcurate ac modeste: indicat et fontes, ex quibus sua hausit. Sub finem tomi secundi exstant HARDTII ephemerides concilii constantiensis gallice, in aliis locis auctæ; in aliis vero contractæ:

BOVRGEOIS DV CHASTENET *nouuelle histoire du concile de Constance, ou l'on fait voir, combien la France a contribué a l'exstinction du schisme, auec plusieurs pieces, qui n'ont point encore paru, tirées des manuscrits des meilleures bibliotheques*, Parisiis MDCCXVIII. 4.*** Opus hoc auctor ea mente composuit ac publici iuris fecit, vt quæ Hardtius ac Lenfantius de concilio constantiensi euulgauerant, ea auge-

* *iournal literaire tom.* II. p. 311. *tom.* III. p. 1. *iournal des sauans* MDCCXIV. *august* p. 150. *septembr.* p. 243. CLERICI *bibliothequ. chois. tom.* XXVII. p. 103. *memoires de Treuoux* MDCCXIV. *decembr.* p. 2039. vbi quum animaduersio censoria contra Lenfantium facta esset, edidit ille: *apologie pour l'auteur de l'histoire du concile de Constance contre le iournal de Treuoux*, Amstelodami MDCCXVI. 4. quæ defensio locum obtinuit in secunda *historiæ* huius *concilii constantiensis* editione: adde *acta eruditorum* MDCCXIV. p. 279. *neue hallische bibliothec volum.* IV. p. 81. 255. *deutsche acta erudítor. volum.* II. p. 886. *vnschuldige nachrichten*, 1714. p 309. FABRICII *histor. bibliothec. part.* III. p. 434.

** CLERICI *bibliotheque ancienne et moderne, tom* XXVIII. p. 26. *iournal des sauans* MDCCXXVIII. *mai.* p. 3. COLERI *auserlesene theologische bibliothec volum.* III. p. 78. Addendæ sunt: BEAVSOBRII duæ litteræ de historia hac eiusque editione secunda, quæ exstant in *bibliotheque germanique tom.* XIV. p. 1. ac *tom.* XV. p. 1.

*** *Europe sauante* MDCCXVIII. *septembr.* p. 3. *iournal des sauans* MDCCXVIII. *iun.* p. 646. *acta erudítor.* MDCCXVIII. p. 433. *vnschuldige nachrichten*, 1719. p. 155. Num interpretatio germanica LENFANTII et CHASTENET *historiæ concilii constantiensis*, vti *bibliothequ. germaniqu. tom.* II. p. 184. memoratur, vere lucem adspexerit; nec ne, ignoro. Numquam illam vidi.

ptis codicibus græce cum latina interpret
passim illustrata, Ingolstadii MDCIV. 4.

V. CONCILII DORDRAC

Acta synodi nationalis, in nomine dom
sti auctoritate ordinum generalium fædera
rum Dordrechti habitæ anno MDCXVIII.
dunt plenissima de quinque articulis t
Lugduni Batauorum MDCXX. fol. quæ ac
non solum latine Dordraci MDCXX. fol.
nouiæ MDCXX. 4. * sed etiam gallice D
ac belgice. Acta hæc colligendi atque
cia commissa esse traditur Ioanni Polyan
læo, Antonio Thysio, Danieli Heinsio
Danieli Colonio, Io. Latio; ** eos ta
bitam fidem ac diligentiam neglexisse, er
aduerterunt. Præfatio horum actoru
tamquam auctori, tribuitur. *** Exien
cem: *post - acta synodi dordracenæ*, H
vbi enarrantur, quæ a theologis batauis

---

* CRENIVS *animaduersion. part.* XI. p. 94. pr
lugdunensi, satis splendidæ, quum in illa non

viginti sessionibus peracta sunt, postquam exteri discesserant: *

Acta et scripta synodalia dordracena ministrorum remonstrantium in fœderato Belgio, Harderuici MDCXX. 4. Memoriæ prodiderunt nonnulli, non Harderuici, vti titulus præfert; sed Antwerpiæ illa lucem vidisse. ** Opposita sunt *actis synodi nationalis*, quæ paullo ante percensui, constantque duabus partibus. Prior earum complectitur *remonstrantium scripta historica*; posterior autem eorumdem *scripta dogmatica*, *quibus proposuerunt*, *explicarunt et defenderunt sententiam suam super quinque de prædestinatione eique annexis capitibus*, *exhibita illustrium ordinum generalium nobilissimis delegatis ad synodum dordracenam.* Ita inscriptio specialis partis huius significat, qualia sint scripta, ista comprehensa. Liber ipse compositus est non sine iudicio, eruditione ac diligentia: ***

Oorspronck ende voortganck der nederlantsche kerckelicke verschillen, tot op het nationale synodus van Dordrecht, ceter. MDCXXIII, fol. qui liber duos alios complectitur, titulis inter se diuersos. Altero, cuius auctor est IO. VYTENBOGARDVS, præfatio *actorum synodi nationalis* impugnatur; alter autem, a BERNARDO DVINGLO compositus, narrationem rerum, inter remonstrantes ac contra remonstrantes in synodo dordracena gestarum, exhibet. Vterque MDCXLVIII. denuo litteris descriptus est: *

IACOBI

* de actis his exponunt: FABRICIVS *historia bibliothecæ part.* II. p. 355. REIMMANNVS *catalogo bibliothec. theologic.* p. 38. LILIENTHALIVS in *der theolog. bibliothec, tom.* I. p. 854. KOECHERVS *bibliotheca theologiæ symbolicæ* p. 230. vbi et alii auctores nominantur, qui notitiam operis huius suppeditant.

** in *catalogo bibliothecæ bunauianæ tom.* III. *volum* I. p. 290. adducitur editio horum actorum, quæ Harderuici sine anno 4. in lucem emissa sit.

*** confer: CATTENBVRGHII *bibliothecam scriptorum remonstrantium* p I. KOECHERI *bibliothecam theolog. symbolic.* p. 232.

* CATTENBVRGH *bibliothec. scriptorum remonstrantium* p. 56. 126. KOECHERVS *bibliotheca theologiæ symbolicæ* p. 234.

monſtrantium ageretur, Leydekkerus narra
pugnandam ſuſcepit; IO. BRANDTVS a
iuris publici fecit: *verantwoording van de*
formatie van wiilen zyn vader G. Brandt
digingen van Iacobus Leidekker, Amſteloda

IO. HALESII *hiſtoria concilii dordra*
MDCCXXIV. 8.** quam *Io Laurentius Mosh*
ex anglico ſermone latine vertit variisque
ac vita Haleſii auxit; ſed etiam addidit *c*
auctoritate concilii dordraceni, paci ſacræ *i*
pendicem, aliorum quasdam epiſtolas, qu
ſtoriam concilii dordraceni ſpectant, exhi
plectitur liber hic non hiſtoriam ſæpius dic
iuſtoque ordine connexam; ſed litteras,
concilio dordraceno ita exaratas, vt arcana
bus conuentus huius multam lucem præb
illæ primum lingua anglica inter HALESII
titulo: *golden romains of the euermemorable*
of Eton college, Londini MDCLIX. 4. cum *Pe*
ne: cum additamentis ibidem MDCLXXIII

[illegible]

Pamphlet, Londini MDCLXXXVIII. 8.* Quae opuscula; siue *aurea reliquiae*, quum duabus partibus constant, posteriorem illarum epistolae conficiunt. Prodierunt illae etiam belgice, cura *Philippi Limborchii*, inscriptione hac: *korte historie van het synode van Dordrecht, veruatende eenige aanmerkelijcke en noyt voor heenen ondekte bysonderheeden*, ceter. Gudae MDCLXXI. Hagae comit. MDCLXXII. 12. Interpretatio haec belgica non plane conuenit cum Moshemii latina. Ibi Halesii epistolae alio ordine collocatae sunt ac plures litterae WALTERI BLANCANQALLI, itidem de concilio dordraceno exaratae, accesserunt.** Easdem epistolas *Dan. Hartnaccius* in sermonem germanicum conuertit hocque titulo in lucem emisit: *censur vnd historie des dordrechtischen synodi, so erst iezo aus etlichen schreiben zweyer caluinisten, als mr. Iohann Hales vnd dr. Walther Balcanqual an herrn Dudley Carldon, damaligen englischen ambassadeur in Haag, nebst vielen vnrechtmäßigen practicken der caluinisten, anderseits auch vnsäglichen beginnen der Arminianer, aus voriger englischen vnd dieses iahrs auch niederländischen edition beyder partheyen ins hochdeutsche vbersetzet*, Cizae MDCLXXII. 12.

VI. CONCILII DVZIANENSIS

LVDOVICI CELLOTII *concilium duzianense* DCCCLXXI. *celebratum*, cum aliis Hincmari vtriusque opusculis ab ipso editum ac notis illustratum, Parisiis MDCLVIII. 4.

VII. CONCILII EPHESINI IV.

HERMANNI *Pacifici*; siue, qui nomen hoc fictum sibi adsciuisse perhibetur, CHRISTOPHORI HERDESIANI *** *synodus ephesina, cum adiunctis thesibus de coena domini*, Neostadii MDLXXXI. 4. vbi auctor reformatis commendare se voluit eorumque errores defendit:

LVDOVICI LVCII *doctrina et certamina synodi ephesinae*, Gorlitii MDCLXXXIII.

* confer: MOSHEMII *vitam Halesii*, praemissam illius *historiae concilii dordraceni*. p. 189.

** CATTENBVRGII *bibliotheca scriptorum remonstrantium* p. 58. KOECHERI *bibliothec. theolog. symbolica* p. 238.

*** PLACCII *theatrum pseudonymorum* p. 478.

LEONIS ALLATII *vindiciæ synodi ephesinæ et sancti Cyrilli de processione spiritus sancti ex patre et filio*, Romæ MDCLXI. 8.

Ad ephesinum concilium variorum patrum epistolæ, quæ ad acta ephesini et chalcedonensis conuentus spectant. Edidit illas cum scholiis ac notis *Christianus Lupus*, Louanii MDCLXXXII. 4. duobus voluminibus.* Epistolas has etiam in lucem emiserunt: STEPHANVS BALVZIVS cum inscriptione: *synodicon aduersus tragædiam Irenæi*, ** ac IO. GARNERIVS.*** Adducitur et MATTHIAE TAIBERTI dissertatio de *concilii ephesini historia, decreto et annexis*;* quam ipse autem nunquam vidi.

VIII. CONCILII FLORENTINI

SILVESTRI SGVROPVLI; siue SYROPVLI *vera historia vnionis non veræ inter Græcos et Latinos; siue concilii florentini exactissima narratio, græce et latine. Transtulit in sermonem latinum notasque ad calcem libri adiecit Robertus Creyghton*, Hagæ comit. MDCLX. fol.** Sguropulus, qui in concilio præsens adfuit, res illius diligenter persequutus est variasque Latinorum artes et fraudes ac coniunctionem, per vim et dolum obtrusam, copiose exposuit. Id quod quum a romanæ ecclesiæ sociis minus probari posset iisdemque etiam præfatio ac notæ historiæ huius displicerent, LEO ALLATIVS edidit: *exercitationes in Roberti Creyghtoni adparatum, versionem et notas ad historiam concilii florentini, scriptam a Siluestro Syropulo*, Romæ MDCLXVI. 4. ac MDCLXXIV. 4.*** In illis varia quidem vitia aduersarii sui vere notauit atque vti in aliis ingenii sui monimentis; ita in hoc quoque eruditionem non vulgarem ostendit; fidem autem ipsius narrationis, a Sguropulo factæ, minus infringere potuit.

IX.

* *acta eruditor.* MDCLXXXIII. p. 345.
** in *noua collectione conciliorum* p. 663.
*** *auctario operum Theodoreti* p. 549.

* vide WITTE *diario biographic.* MDCLXXV. d. 28. *februar.*
** BAVMGARTENII *nachrichten von merckwürdigen büchern* volum. VI. p. 497. REIMMANNI *catalog. bibliothec. theolog.* p. 795.
*** NICERONII *memoires* tom. VIII. p. 112. *giornale de' letterati in Roma* MDCLXXIV. p. 69.

IX. CONCILII FRANCOFVRTENSIS

IO. GEORGII DORSCHEI *collatio ad concilium francofurtiense, sub Carolo magno imperatore habitum, historico-theologica*, Argentorati MDCXLIX. 4. cuius conscribendae occasionem praebuerunt lites cum Calixto, speciatim quaestio: num christus secundum humanam naturam filius dei adoptiuus; an naturalis vocandus sit? Explanat auctor historiam ac dogmata concilii. *

X. CONCILII HIEROSOLYMITANI I.

IO. CONRADI DANNHAVERI *diatyposis concilii hierosolymitani*, Argentorati MDCXLVIII. **

IO. HENRICI HEIDEGGERI commentarius de *concilio hierosolymitano*: ***

LAVRENTII MATTHIAE STIGZELII dissertatio de *concilio apostolico*, Vpsaliae MDCLXVI.

SAMVELIS SCHELVIGII *exercitatio de concilio hierosolymitano*, Lipsiae MDCLXXVIII. 4. qua non solum singula scripturae verba de isto explicantur; verum etiam multa adferuntur, ad historiam eius spectantia, simulque de sanguine cibario exponitur:

VALENTINI VELTHEMII *historia concilii hierosolymitani*, Ienae MDCXCIII. 4.

IO. DAVIDIS LEONHARDI *diatribe de decreto concilii hierosolymitani*, Ienae MDCCXXV.

XI. CONCILII HIEROSOLYMITANI XIV.

Synodus bethlehemitica aduersus caluinistas pro reali potissimum praesentia, anno MDCLXXII. *sub Dositheo, hierosolymitano patriarcha, celebrata*, graece et latine interprete D. M. F. monacho benedictino, Parisiis MDCLXXVI. 8. Eadem acta postea sub nomine *synodi hierosolymitanae* prodierunt, ibidem MDCLXXVIII. 8. In illis locum etiam obtinuerunt duo concilia constantinopolitana, aduersus Cyrillum Lucarim

* vide FECHTII *praefationem*, DORSCHEI *commentario in quatuor euangelistas* praemissam.

** translata illa est in eiusdem volumen *disputationum theologicarum* p. 145.

*** additus est libro eius de *libertate christianorum a lege cibaria veteri*, qui lucem adspexit Amstelodami MDCLXXVIII. 4.

rim coacta, quae graeco ac latino sermone, vna cum Cyrilli confessione non semel in conspectum eruditorum publicum venerunt. Ad historiam concilii huius hierosolymitani illustrandam operam suam contulit THOMAS ITTIGIVS, scripsit *dissertationem de actis synodi hierosolymitanae, anno* MDCLXXII, *sub patriarcha hierosolymitano Dositheo aduersus caluinianos habitae, in qua inprimis de Cyrilli Lucaris confessione actum est.* *

XII. CONCILII ILLIBERITANI

FERDINANDI DE MENDOZA *libri* III. *de confirmando concilio illiberitano, ad Clementem* VIII. *pontificem*, Madriti MDXCIV. fol. **

Concilium illiberitanum, quarto ineunte seculo in Hispania celebratum, cum discursibus apologeticis Ferdinandi de Mendoza et notis Eman. Gundisalui Tellez, Lugduni MDCLXV. fol. ***

XIII. CONCILIORVM MOGVNTINORVM

IO. ANDREAE SCHMIDII dissertatio de *historia conciliorum moguntinensium et inprimis concilii* MCCCX. *habiti*, Helmstadii MDCCXIII. * eiusdem alia dissertatio de *conciliis moguntinis*. **

XIV. CONCILII NICAENI

GELASII *Cyziceni commentarius actorum nicaeni concilii, cum corollario* THEODORI *presbyteri de incarnatione domini*, graece et latine, ex interpretatione *Rob. Balforei* cumque eiusdem notis, Lutetiae MDXCIX. 8. ac cura Commelini Heidelbergae MDCIV. fol. Sumsit Gelasius historiam suam ex Eusebio atque aliis scriptoribus; non singularem autem laudem ex illa accepit:

ANONYMI

---

* in eius *heptad. dissertationum* p. 412.

** ANTONII *bibliothec. hispan. nou. tom.* I. p. 290.

*** *ibidem* p. 268.

* dissertationem hanc elaborauit *Lyserus* atque in illius defensione adiunctum sibi habuit SCHMIDIVM praesidem.

** locum illi tribuit IOANNIS *scriptorum moguntinor. tom.* III. p. 281. cum additamentis quibusdam, postquam illam manuscriptam a SCHMIDIO acceperat; non longe post autem eamdem SCHMIDIVS in *sagittarianae introductionis in historiam ecclesiasticam tomum* II. p. 1188. transtulit.

ANONYMI *acta Nicaea a synodo, in caussa depositionis Arii et Gregorii, presbyteri caesariensis, oratio in nicaenos patres*, graece, cum interpretatione latina ac notis *Francisci Combefisii*: *

IOACHIMI CAMERARII *historia synodi nicaenae*, publicae luci exposita separatim Lipsiae MDXLIII. MDLII. MDLX. 8. et coniunctim cum NICEPHORI constantinopolitani *chronologia*, Basileae MDLXI. fol. **

ALPHONSI PISANI *acta concilii nicaeni*, Dillingae MDLXXII. cum accessionibus Coloniae MDLXXXI. MDXCI. 8. Quatuor sunt eorum libri horumque *primus* exponit de iis, quae ante concilium peracta sunt: *secundus* de rebus, in ipso conuentu gestis: *tertius* complectitur illius decreta ac *quartus* narrat, quae canones constitutos sequuta sint. Opus ipsum non magnae existimationis est. Auctor ostendit, non quale fuerit concilium nicaenum; sed quale ad sensum et palatum iesuitarum esse debuerit: ***

THOMAS. CACCINI *storia ecclesiastica del primo concilio niceno*, Luccae MDCXXXVII. 4.

BALTHASAR. MENTZERI *exercitatio historico-theologica ad concilium oecumenicum primum nicaenum*, Giessae MDCLII. *

IO. GEORGII DORSCHEI *exercitatio ad concilii Nicaeni primi diatyposin de sacra synaxi coenae dominicae, a Gelasio commemoratam*, Argentorati MDCLIII. MDCLXXXI. 4. Ita illa scripta est, vt multa tradantur, quae ad historiam concilii nicaeni pertinent, speciatim de praeside atque auctoritate eius: de iis, quae venerunt in deliberationem ac decreta sunt, praesertim de caussa Arii ac paschate celebrando: de variis aliis antiquitatis sacrae argumentis: **

* in eius *bibliotheca patrum graeco-latin. auctario nouo tom.* II. p. 547.

** BAVMGARTENII *nachrichten von merckwürdigen büchern volum.* XI. p. 118.

*** ita indicat RICHERIVS *concilior. general. libr.* I. *cap.* 2. p. 80. adde LAVNOIVM *part.* VIII. *epist.* I. p. 699.

* adiuncta est *tomo* VIII. *disputation.*

** recenset illam FECHTIVS praefa *rium in quatuor euangelistas.*

IO. CONRAD. DANNHAVERI *σύγκρισις concilii primi oecumenici atque tridentini vltimi, quantum ad utriusque auctoremque adtinet, cum προσθήκη de Pamphili et Paullo Sarpio historicis*, Argent MDCLXVI.*

IO. GVIL. BAIERI dissertatio de *auctoritate et gritate concilii nicaeni primi et oecumenici*, Danieli Zw ac Christophoro Sandio opposita, Ienae MDCI praeside *Sebastiano Niemanno* habita, et aucta i MDCXCV.**

IO. FECHTII dissertatio de *innocentia concilii oecumenici primi eiusque symboli*, contra Arnoldum auctorem *obseruationum halensium* *** scripta, Ro MDCCX.

THOMAE ITTIGII *historia concilii nicaeni*, *obser nibus maxime recentiorum scriptorum illustrata*, MDCCXII. 4. Edidit illam post auctoris mortem *Chri Ludouici* cum praefatione, adnotationibus atque aliis sionibus. Singula capita, quae ad historiam concilii pertinent, de loco nimirum ac tempore illius: de e concilium indixerit, inprimis de eiusdem actis dilige que erudite explanantur ac multa dicuntur, ab aliis termissa:

HENRICI BENZELII *vindiciae concilii nicaeni nici primi, nouatoribus, praesertim Gothofredo Arnoldo, sitae*, Lundii MDCCXXXVI.* vbi varia traduntur, qua storiam concilii nicaeni illustrandam adiumenta adfer

XV. CONCILII PISANI

Acta concilii pisani primi celebrati ad schisma MCCCCIX. *et concilii senensis* MCCCCXXIII.* *constitutiones factae in diuersis sessionibus sacri gener cilii pisani* MDXI. Parisiis MDCXII. Liber hic in

---

* exstat in eiusdem *disputation. theologic.* p. 1438.

** in eius *disputation. theolog. decad.* 1. p. 1.

*** *acta erudit.* MDCCXII. p. 330. *vnschuldige nachrich* p. 651. FABRICII *historia bibliothecae part.* V. p. 140. et in *syntagmate* eius *dissertationum tom.* 1. p. 478.

* VOGTII *catalog. libror. rarior.* p. 207.

ſcriptis numeratur. Legitur in eo *conſilium delectorum cardinalium et aliorum prælatorum de emendanda eccleſia*, MDXXXVIII. iuſſu Paulli III. conſcriptum et poſt primas editiones anni MDXXXIX. a *Petro Crabbe* concilio tridentino præmiſſum.* Acta ipſa concilii piſani ampliora dedit LVCAS DACHERIVS: **

IACOBI LENFANTII *hiſtoire du concile de Piſe et de ce, qui s'eſt paſſé de plus memorable depuis ce concile iuſqu' au concile de Conſtance*, Amſtelodami MDCCXXIV. 4. duobus tomis. *** Opus eſt egregium, quo auctor hiſtoriam concilii piſani, antea a nemine ſatis copioſe ac iuſto ordine deſcriptam, omni diligentia ac fide perſequutus eſt: non ſolum res, in ipſo conſeſſu geſtas, enarrauit; ſed etiam, quales adhibitæ fuerint præparationes: quales exſtiterint illius effectus.

XVI. CONCILII TRIDENTINI

PETRI SVAVIS POLANI; ſiue PAVLLI SARPII *hiſtoria del concilio tridentino, nella quale ſi ſcoprono tutti gl'artificii della corte di Roma, per impedire, che ne la verita di dogmi ſi paleſaſſe, ne la riſorma del papato e della chieſa ſi trattaſſe*, Londini MDCXIX. fol. Prima hæc eſt editio, cuius curam, vt creditur, Marcus Antonius de Dominis ſuſcepit, quum ille exemplum hiſtoriæ huius manu exaratum in Angliam ſecum adtulerit; Sarpius autem iſtam non probauit.* Sequuta eſt editio ſecunda, inſcripta: *hiſtoria del concilio tridentino di Pietro Soaue Polano, ſeconda editio-*

* in *tomis conciliorum.*

** *ſpicileg. veter. ſcriptor. tom.* I. p. 828. edition. poſterior. prioris autem *tom.* VI. p. 241.

*** CLERICI *bibliothequ. ancienne et moderne tom.* XXVIII. p. I. *iournal des ſauans* MDCCXXV. *ianuar.* p. 10. *memoires de Treuoux* MDCCXXV. *nouembr.* p. 1960. *decembr.* p. 2230. *acta eruditorum* MDCCXXV. p. 10. *bibliothequ. germaniqu. tom.* VIII. p. I. *tom.* IX. p. 51. *deutſche acta erudisor. vol.* IX. p. 707. COLERI *auserleſene theologiſche bibliothec, volum.* I. p. 663. *ſamlung von alten vnd neuen theologiſchen ſachen*, 1727. p. 397. In *ſingularitez hiſtoriques et litteraires tom.* III. p. 404. exſtant: *courtes remarques ſur l'hiſtoire du concile de Piſe de mr. Lenfant.*

* *nachrichten von einer halliſchen bibliothec volum.* VIII. p. 205.

edizione, riueduta e corretta dall' autore, 4. Geneuæ
Extat et editio, quæ in titulo *tertia* adpellatur,
cio loci MDCLVI. 4. videtur autem illa noua tanti
ptione instructa fuisse, quoniam cum secunda pla
nit. Inter optimos historiarum libros opus hoc
locum tuetur. Auctor res, in concilio tridentii
bona mente omnique fide ita enarrauit, vt artes
quæ curiæ romanæ: callida eiusdem consilia ac st
iori purioris doctrinæ propagationi atque ipsorum
emendationi impedimentum iniiciendi, in lucem
ret. Eam in rem mirum non est, historiam hanc
veritatis amatoribus multum se commendasse
comparasse sibi existimationem, vt ea in varias lin
uersa fuerit. Prodiit enim: I.) *latine*, Londini
fol. ad quam interpretationem conficiendam tres
viri manus admouerunt. Duos primos libros *ve*
nius Newtonus, minus feliciter, quum ille lingu
non satis peritus esset: quatuor sequentes *Marcu*
de Dominis ac duos vltimos *Guil. Bedellus*. ** Int
hæc in conspectum orbis eruditi prolata est dicto
titulo: PETRI SVAVIS POLANI *historiæ concili*
ni libri VIII. *ex italicis summa fide ac cura latini f*
primam autem editionem hanc sæpius denuo litt
pta. Exiit enim Francofurti MDCXXI. 4. Geneuæ M
Lugduni Batauorum MDCXXII. 4. Gorinchemi MDCL
Amstelodami MDCXCIV. 4. quæ nitida atque elegans
Lipsiæ MDCXCIX. 4. cum canonibus tridentinis
vita, * cura *Friderici Benedicti Carpzouii*.
adcuratam esse interpretationem hanc latinam ac
cis ab exemplo italico discrepare, a doctis viris a
sum est: II.) *gallice*, qua lingua tres prodierunt

* *nachrichten von einer hällischen bibliothec*, *volum.* III.
editio hæc vitiose ad annum MDCXL. refertur.

** confer: *vitam Bedelli*, anglice editam Londini MDCI

*** REIMMANNI *catalog. bibliothec. theolog.* p. 36. LILI
theolog. bibliothec, *tom.* I. p. 654. KOECHERI *bibliothec.*
bolic. p. 367.

* FABRICII *histor. biblioth. part.* V. p. 273.

historiæ huius.' Prima, cuius auctor eſt *Ioannes Deodati*, lucem adſpexit titulo: *hiſtoire du concile de Trente, traduite de l'italien de Pierre Soaue Polan*, Geneuæ MDCXXI. 4. Trecis MDCLV. fol. Pariſiis MDCLXV. fol. * cuius exiſtimatio imminui cœpit, poſtquam aliæ verſiones gallicæ eæque meliores prodierunt. In his eſt ſecunda, ab *Ameloto de la Houſſaye* compoſita ac ſub nomine *de la Mothe Ioſſeual* edita, huius inſcriptionis: *hiſtoire du concile de Trente de fra Paolo Sarpio, auec des remarques hiſtoriques, politiques et morales*; Amſtelodami MDCLXXXIII. 4. ** MDCLXXXV. ***, MDCXCIII. 4. MDCXCIX. 4. MDCCIII. 4. * Sequuta eſt tertia verſio gallica, interprete *Petro Franciſco Courayero*, titulo hoc: *hiſtoire du concile de Trente, ecrite en italien par fra Paolo Sarpi et traduite de nouueau en francois, auec des notes hiſtoriques et theologiques*, Londini MDCCXXXVI. fol. ** Amſtelodami MDCCXXXVI. 4. duobus tomis: *** Baſileæ MDCCXXXVIII. Præclara illa eſt ac iure inter reliquas interpreta-

* de bona fide interpretationis huius videatur ANCILLONIVS *meleng. critiqu. tom.* II. p. 237.

** *acta eruditor.* MDCLXXXIV. p. 60.

*** BAELII *nouuelles de la republique des lettres* MDCLXXXV. *octobr.* p. 1179.

* ad hiſtoriam interpretationis huius gallicæ illuſtrandam adnotare mihi libet: SIMONEM *lettres choiſies tom.* II. *lettr.* 31. p. 216. edit. Amſtelodam. MDCCXXX. arguere illam, ex latina Newtoni factam, non paucorum errorum: præfationem eius, latine redditam, *Layrizium* ſeparatim euulgaſſe ſub titulo: *Petrus Suauis defenſus*, Curiæ Variſcorum MDCLXXXVI. 4. exſtare in *œuures de l'abbé de ſaint Real tom.* V. p. 212. Hagæ comit. MDCCXXII. 8. *lettres l'abbé de ſaint Real et d'Amelot de la Houſſaye ſur la traduction de ce dernier de l'hiſtoire du concile de Trente;* in BAELII autem *nouuelles de la republique des lettres* MDCLXXXV. *decembre* p. 1361. recenſeri epiſtolam, ab Ameloto ad Bælium exaratam.

** *bibliotheque britanniqu. tom.* VII. p. 382. *tom.* VIII. p. 126. *tom.* IX. p. 169 294. *bibliotheque raiſonnée tom.* XVI. p. 328. *tom.* XVII. p. 119. 392. *tom.* XIX. p. 64.

*** *memoires de Treuoux* MDCCXXXVII. *mart.* p. 472. *april.* p. 569. *acta eruditor.* MDCCXXXVII. p. 200. *nachrichten von den neuſten theolog. büchern volum.* II. p. 99. *hälliſchen bibliothec volum.* III. p. 450. XO p. 370.

pretationes principatum tuetur, non solum propter elegantem ac purum stilum gallicum, quo vsus est Courayerus; sed etiam ob notas, ad Sarpii historiam emendandam atque augendam adiunctas. Quum fuerint in Gallia, qui opus hoc tamquam malum ac periculosum impugnarent atque in suspicionem falsorum dogmatum adducere, adniterentur, COVRAYERVS caussam eius egit atque edidit: *defense de la nouvelle traduction de l' histoire du concile de Trente contre les censures de quelques prelats et de quelques theologiens*, Amstelodami MDCCXLII. 12.* III.) *germanice*, inscriptione hac: *ausführliche historie vnd beschreibung des concilii zu Trident, darinnen alle räncke vnd practiquen entdeckt werden, mit welchen der pabst vnd der rœmische hof den kayser vnd die stände des reichs wegen des begehrten concilii eine lange zeit geäffet, darnach dasselbe dahin gericht, daß weder die wahrheit der lehren tag käme; noch von der reformation des pabstthums gehandelt würde, gestelt vnd in acht büchern verfaßt durch Petrum Soaue Polanum*, Francofurti MDCXX. 4. post quam antiquiorem versionem eadem historia cum *Courayeri* notis itidem in sermonem germanicum translata est huiusque interpretationis multo melioris pars prima cum *Friderici Eberhardi Rambachii* præfatione Halæ MDCCLXI. 8. prodiit: IV.) *anglice* cura ac studio *Nathanaelis Brent*, Londini MDCXIX. fol. Inter curiæ romanæ addictos nonnulli contra Sarpii historiam pugnarunt suasque cogitationes ac curas ad id contulerunt, vt quæ verissime ab isto dicta sunt, illa vel negarent ac confutarent; vel obscurarent atque aliam faciem rerum, in concilio tridentino gestarum, exhiberent. Sunt in eorumq numero: Scipio Henricus, Sfortia Pallauicinus, Philippus Quorlius, quorum scripta paullo post sigillatim commemorabo. Prodiit et: *critique de l' histoire du concile*

* *nachrichten von einer hällischen bibliothec*, *volum.* III. p. 453. *bibliotheque raisonnée tom.* XXVIII. p. 92. vbi etiam *tom.* XIX. p. 101. legenda est epistola, quam Courayerus ad auctorem bibliothecæ huius scripsit; nec solum vitia quædam versionis suæ emendauit; sed nonnulla etiam addidit. Memorari et loco hoc potest: WEISMANNI dissertatio, qua *notæ Courayeri et Calixti in concilii tridentini canones præcipuos vlterius illustratæ* exhibentur, Tubingæ MDCCXLI.

concile de Trente de fra Paolo, des lettres et des memoires de Vargas, Rothomagi * MDCCXIX. 4.** Auctor, cuius nomen est TREMBLAY, vehementer perstringit Sarpium, tamquam hominem, omnis prudentiæ, modestiæ, iudicii atque aliarum virtutum, quæ rerum gestarum scriptorem ornant, expertem:***

SCIPIONIS HENRICI *censura theologica et historica aduersus Petri Suauis Polani de concilio tridentino pseudohistoriam*, Messanæ MDCLI. et Dillingæ MDCLIV. 8. quæ scripta est sine iudicio ac moderatione: sine omni veritatis studio:

SFORTIAE PALLAVICINI *istoria del concilio de Trento*, contra Sarpium, Romæ MDCLVI. MDCLVII. fol. duobus tomis: ibidem MDCLXV. 4. tribus tomis, * ac Mediolani MDCCXVII. 4. tribus tomis, ** quæ editio, vt nitidissima atque optima, laudatur. Ex italico sermone in latinum conuertit historiam hanc *Io. Baptista Giattinus*, hæcque interpretatio sub titulo: *vera concilii tridentini historia, contra falsam*

* non Parisiis, vti in titulo positum est; sed Rothomagi liber hic prodiit.

